





Pri. 12. num. 830. 2. Jl. 17.

20  
DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

# PACTIS IPSAM REM AFFICIENTIBUS,

UBI

EXCUTITUR DD. CONTROVERSIIS INCLYTA  
PACTORUM DE NON ALIE-  
NANDO MATERIA,

QUAM

AUXILIO TRIUNVIRIUS NUMINIS  
EX DECRETO ET AUCTORITATE

MAGNIFICI ATQUE AMPLISSIMI

JICTORUM ORDINIS  
IN CELEBERRIMA CATTORUM ACADEMIA  
MARBURGENSI

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE  
CONSEQUENDIS

Publicæ Excellentissimorum Academie Procerum  
*disquisitioni submittit*

Ad d. 6. Maii. An. MDCCVI. h. l. q. f.

JOHANNES à RAESFELD

Bremensis.

MARBURGI CATTORUM,  
Typis hæred. JOH. JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr.



ILLUSTRIS  
REIPUBLICÆ BREMENSIS  
SENATUI SPLENDIDISSIMO,  
MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS, AM-  
PLISSIONIS, CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMIS, QVAE  
VIRIS AC DOMINIS,  
DNN. CONSULIBUS,  
DNN. SYNDICIS,  
DNN. SENATORIBUS,  
PATRIÆ PATRIBUS,  
OPTIME MERITIS,  
DOMINIS, MÆCENATIBUS, PATRONIS  
PER  
OMNEM ÆTATEM ENIXE COLENDIS,  
DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM  
EA, QVA PAR EST, ANIMI SVBMISSIONE,  
AC REVERENTIA,

D. D. D.

L. M. Q.

A U C T O R.



# ELENCHUS.

## SECTIO I. De Pactis jure Nat. ipsam rem afficientibus.

§. I. Generale omnis obligationis principium est, pro ut quis ultra suum habet vel agit, ita sum obligari. Obligationes ex factis illicitis & ex promissione facti liciti ad hanc materiam non pertinent. Obligationes ex re nascuntur ex detentione rei, quia similiter aliena est; vel qua nostra dispositione alterius esse iussa est. §. II. Iusta dispositio de re transferit ius in rem. §. III. Iuxta Grot. & alios, etiam dominium: quae sententia, generaliter enunciata, rejicitur. §. IV. Limitata, admittitur. & cum §. 2. conciliatur. §. V. Ls in compendium vocationis, & expedita ratione decidunt, ad contraria responderunt. §. VI. Translato jure in rem, alienator plus suo habet, & ex regula iustitia suum cuique tribuere debet. §. VII. Hec obligatio rem afficit, & cum ea ad quicunque possefforem transfi. §. VIII. Hinc, ex dubius venditionibus semper valet prior: quod per perplexa transactionis Grotius, notatur, & pactum de vendendo in posterum, cum perfecta venditione confundere ostenditur. §. IX. Periculum commode angue rei statim cum pacto transfi in emorem: quod iterum inaniter limitat Grot. eodem errore seductus. Cetera ad ius N. spectantia in Scit. seqq. remittuntur. §. X. Concluditur, & pacta, de iure N. rem afficere infertur.

## SECTIO II. pag. 10. De Regula juris Civ. quod pacta rem non afficiant, in genere, & quibusdam eius exceptionibus in specie.

§. I. Transfi ad ius Civ. redditum generali ratione, quare id à Naturalium iurium transe non minusquam defectat. §. II. Specialior ratio datur, quare ius Civ. hanc pactorum naturam mutari, & pacta regulariter personam transsum obligare, voluerit. §. III. Quisq[ue] praejudiciale movetur: an hoc iure Civili dentur etiamnum pacta ipsam rem afficiant? &, post definitionem terminorum, negativa DD, regula cum LL. & rationibus suis refertur. §. IV. V. Ea examinatur & perpetua ac universalis non esse monstratur. §. VI. VII. Id porro probatur, quia FALLIT (1) in pactis reservativis

& resolutivis, quae rem afficere tam naturalibus quam iuri, rationibus ostenduntur. §. VIII.

(2) In casib[us] quibus sine traditione nulla voluntas domini sufficit ad rem transferendam, & tunc §. IX. Hinc explicatur l. 4. ss. de R.V. §. X. (3) In pactis constituti possessor, vel precari, quae rem afficiunt, sed moribus Galvia &c. non valent, & sim. §. XI. (4) In contractu societatis universalis omnium bonorum. & cur? §. XII. In contractu matrimonii, quoad communionem bonorum, passim receptam. §. XIII. (5) In contractu emisionis, quia periculum rei vendita transferit ante traditionem: contra Cajal. & alios.

§. XIV. Hac tamen constitutio ex rationibus iuris Civ. vix potest defendi: contra Vinn. §. XV. XVI. Sed subiecti vestigium iuris C. cuius recenti ratio & ordo exponitur. §. XVII. (6) In pactis succelloribus, quia ad exemplum heredit. & deicommis. legator, introducta sunt: ubi preliminariter de acquisitione & possesso legator. &c. §. XVIII. Pacta succellor, regulariter improbarunt, quibus caſtib[us] admittantur. §. XIX. An tota regula probrens iuri & moribus Germanie convenientia? §. XX. Hac pacta succell. distinctione tamen adhibita, rem afficiunt, nec tantum in iuri donationis &c. violant, contra Gal. & DD. §. XXI. (7) In contractibus privilegiatis: si ecclesia &c. solo patro acquirit dominium. §. XXII. Idemque privilegium habere emores rer. fiscal, contr. Brunn. it. rer. Imperatoris vel Augustae. §. XXIII. (8) In p[otes]t[er] servitio negativi & constitutivi. (9) Per universalis hypothecarum materiam. §. XXIV. Repringitur negativa DD, regula, & ex dd. 9. exceptionibus alia in contrarium colligitur, quia, dari pacta rem afficiantia, probatur.

## SECTIO III. pag. 35. De Pactis cum domino rei initis, libero ejus usui vel alienationi legem dicentibus, &c.

§. I. Transfi, corum que dicta dicendaque sunt ordinem methodumque exponens. §. II. Definitio & divisio pactorum hac & sequ. Scit. tractandorum, §. III. Translationi, an haec pacta rem afficiant? premissius prejudiciale quistio, mota ex l. 61. ss. de Pat[er] an ea omnino valeant? lex explicatur, & quistio diftinguendo deciditur. §. IV. Pactum, ne domini- nus rem suam alienet, nec rem afficit, nec ni-

si pacientis interfit, aut pena adjecta sit, omni-  
no valer. §. V. An si hypotheca pacto adje-  
cta fuerit, tis afficiatur, controversia cf. §. VI.  
VII., VIII., Distinguuntur tres casus: prout (1)  
vel interfit, (2) vel non, (3) vel interfit pro-  
pter ius in re, juxta quos in singulis §§, contra  
DD, deciditur. §. IX. Quid est si ius etiam adiunctum  
adjectum sit? & eadem iterum distinctione ad-  
hibita deciditur casus (1). §. X. Casus (2) de-  
ciditur, & DD, communem contra communem  
allegantium diffensio proponitur. XI. Iuramen-  
to rem affici statuentium opinio destruitur. §.  
XII. Respondetur ad contraria. §. XIII. Pro-  
ponitur obiectio ex l. 4t. C. de Transact. §.  
XIV. Eadem variis argumentis refellitur. §.  
XV. Conclusio. & casus secundum etiique deci-  
so. §. XVI. Transfutur ad alterum sectionis mem-  
brum de pactis, dominio libero rei sui, vel  
juris circa eam, ulu, prohibentibus; ubi aperi-  
tur tota servitutum materia. §. XVII. Heresis  
Bachovii, servitutes, & cediales citra ullam  
traditionem plene perfectae, confitui posse  
existimant, rejecit; & aperta ejus, pacto  
rem affici posse generaliter negantur, contradic-  
tio ostenditur. §. XVIII. Pactum quo promi-  
titur servitus, regulariter non afficit; sed  
traditionem insuper ad iuris realis constitutio-  
nem requirit. §. XIX. Sed in constitutis ser-  
vitutibus negantur traditio locum non habet:  
ubi notatur Struvius, cas constitui intermis-  
sione ejus, quod alias facere possumus, sta-  
tiuens; & Vinnius, cessiones inductionesque  
in fundum, à veteribus alias frequentaras,  
hic necessarias esse, credens: expensis utriusq;  
rationibus. §. XX. Conclusio: servitutes ne-  
gantur solo pacto constitutas videri; adeo-  
querem affici: nisi moribus certi ritu pro tra-  
ditione recepti sunt.

#### SECTIO IV. pag. 52. De Pactisrei nostræ alienationi adiectis, &c. rem afficienribus.

§. I. Transfut, quid ordine proceditur ad quia,  
quis, sublata Veterum dubitatione, hujus  
pactorum speciei, ab Imp. consummatæ, effec-  
tus sit? §. II. Super hoc Quæ, TRES diver-  
se DD, referuntur sententia. §. III. Recipro-  
cis plurimi SECUNDAM preferuntur: sed ad  
controversiam recte dijudicandam duplex queſt,

secernuntur, (1) de Interpretatione pacti (2)  
de Effectu juris congruo; neurum recte deci-  
dit Bachov, §. IV. Quæ, (1) quinque regulis de-  
ciditur, & ad Quæ, (2) additus paratur. §. V.  
Formato controverſia statu, eorum, qui PRIMAM  
tenent, sententia probanda defendenda  
que recipitur, & ordinis, in ea expediendo ser-  
vandi, ratio proponitur. §. VI. Ea PROBA-  
TVR (1) ex l. f. C. de Reb. al. nos al. regula,  
quam DD, ad h. l. notant, rejeſta. §. VII.  
(2) exl. f. C. de PaC. int. emt, cuius senten-  
tia exponitur, & contra DD. instantias afferuntur.  
§. VIII. (3) Per l. 6. C. cod. ex qua decidi-  
rationes 4, elicuntur, & ad binas obiectiones re-  
ſpondetur. §. IX. (4) Per varias LL renifi-  
ve propositas. (5) Per l. s. C. si mancip. ita  
fuer. alien. arguento ducto à majori ad minor  
§. X. (6) Per varios textus, manus injectionem  
ex pto tribentes: ubi DD exceptionem fa-  
ciunt; sed expedire se nequeunt. §. XI. Per  
Nov. 120. c. 9. pr. ubi iterum exceptionem  
fingunt, quare refellitur & inde ad salutarem te-  
regula proceditur. §. XII. (8) Per l. 7. §. f. de  
Distr. pign. arguento ducto à minori ad maj.  
§. XIII. (9) Per l. 3. C. de Cond. ob caſu dat,  
qua, quodſibi contraria videtur, crucem figit. In-  
terpretibus: quorū tres referuntur conciliatio-  
nes; improbantur omnes. §. XIV. Resoluitur  
lex; & contra 4, obiectiones afferuntur. §. XV.  
Alia legis resolutio admittitur, & explicata de-  
fenditur. §. XVI. Transfut ad examinandam  
SECUNDAM & TERTIAM DD. sententiam  
TERTIA, PRIMÆ propior, duabus obiectiōnibus  
victi, refellitur prior. §. XVII. SECUNDÆ  
limitationes 10. proponuntur. §. XVIII. Sin-  
gula examinantur, plereq; rejeciuntur: & ſibi  
invicem Doctoribus, contraria, regulam eorum  
evertere ostenduntur. §. XIX. Obiectio (1) tri-  
membris, ad propugnandum DD. regulam  
comparata, examinatur; & juri N. Civilique  
contraria membratim refellitur. §. XX DD.  
obiectio (2) itidem trimembris, ordine dilatatur,  
& post formam ejusmodi reservari, eorum penitior  
ratio utroque hoc §. explicatur. §. XXI. DD.  
obiectio (3) toti omnino Dissertationi hinc con-  
traria, vincuntur: & Corollariorum loco ſubiecta bre-  
vi Sectionis huius ANAKΕΦΑΛΑΙΩΣΙ, com-  
memoranturque illæ, que prolixitatem vitanda cauſa  
addere notificant, tota Differatio concluditur.



# I. N. J.

## SECTIO I.

*De Pactis Jure Naturæ ipsam rem affientibus.*

### §. I.



Um ex præcepto summi rerum Creatoris homini facultas tantum concessa sit in id, quod suum est, seu in res & actiones suas, hinc prout intra hos limites disponit, ita jus est; quicquid vero extra eos agit vel habet, mera injuria est, & tenetur inde ad restituendum quod suum non est, vel alteri ipsius factio abest.

Atq; ex his fundamentis, ab Illustri Domino COCCEJO, Præceptore meo æternum devenerando, in Positionibus ad Jus Naturæ solidissime traditis, patet principium omnis obligationis: *Prout quis ultra suum habet vel agit, ita eum obligari.* Ac obligationum quidem ex factis facultates nobis concessas excedentibus, & earum quæ ex promissione facti nostri oriuntur, hujus loci tractatio non est. Eorum vero, quæ ex possessione rerum alienarum proficiuntur, duæ potissimum sunt species: vel enim posside-

A

mus,

mus, quod simpliciter & absque facto nostro alterius est; vel quod, cum antea nostrum fuerat, proprio facto seu dispositione nostra alterius esse jussimus, & de hoc ex instituti ratione paucis agere convenit.

## §. II.

**H**oc itaque factum seu dispositio, si continet justam voluntatis declarationem, qua de re commutanda inter plures convenit, promittentem quidem jure & arbitrio omni, re alteri propria ulterius utendi deve ea posterum disponendi, prossus exuit; ei vero cum quo negotium geritur, omnia, quæ in rem competere possunt, iura plenissimo titulo confert, ita, ut res ei acquisita & ad eum spectare, pertinere, recte dici possit. Actus enim, ut loquuntur Philosophi, operatur secundum intentionem agentis; ea vero in omni dispositione (tam, quæ de rebus, quam quæ de factis suscipitur) est *commutatio seu translationis juris ab uno in alium*; quippe quæ unica omnis ex pacto obligationis causa est, qua cessante omne vinculum & omnis praestandi cessat necessitas.

Atque hinc est quod Jcti Romani dicant, obligationem oriri *ex causa properior conventionem*, l. 7. §. 2. & 4. ff. de Paſt. Per causam enim nihil aliud intelligunt, quam commutationem seu translationem juris, quæ Græcis *transmutatio* dicitur. d. l. 7. §. 2. l. 19. ff. de V. S.

## §. III.

**A**deo autem constans firmumque est illud, quod ex dispositione domini in rem oritur, *jus*, ut Grotius & post eum Huberus Digress. L. 4. c. 8. Schilter ad I. tit. de R. D. §. 44. aliquie ejusmodi conventionem solam ad *dominium* transferendum ex ratione juris Naturalis sufficere credi.

crediderint; ut vero traditio etiam requiratur, id jure de-  
mum & ratione civili institutum esse, securitatis dominio-  
rum causa, quo quid cuiusque esset. facilius dignosci pos-  
set, atque hoc, quoniam à multis gentibus receptum sit,  
jus Gentium improprie dici, contendenterint. Quam in rem  
multa ex jure præsertim Civ. argumenta afferunt Grotius de  
*J. B.* & *P. L.* 2. c. 6. §. 1. nu. 2 & *L.* 2. c. 8. §. 25. Verum  
hæc sententia, ita generaliter ut ab ipso profertur accepta,  
stare nequit. Cum enim de dominio jure Naturali trans-  
ferendo queritur, dominii quoque usus *naturalis* procul  
dubio potissimum est inspiciendus. Res vero hujus ter-  
rae in eum præcipue finem à sapientissimò Creatore homi-  
nibus sunt concessæ, ut iis indigentiam suam sublevare,  
& ad necessitates commoditatesque suas uti possint. Ut  
proinde usus dominii *naturalis* consistat in potestate rebus  
suis fruendi, easque sibi suisve applicandi; qui sane abs-  
que actuali rei possessione exerceri nequit: ut autem res  
corporea ex custodia unius in potestatem alterius transfe-  
ratur, non nuda voluntate, sed modis denum & instru-  
mentis corporeis, *tradendo*, expediri potest. Unde *ali-  
nationem* patet esse actum quo *jus*; *traditionem* vero, quo  
res in alterius potestatem corporalem transfertur.

## §. IV.

**Q**uod hos igitur proprios & originarios usus dominii  
potest. Utrumque vero secus est quoad usus dominii im-  
proprios seu *secundarios* aut *civiles*, & in genere omnes qui  
sine re præsente exerceri possunt. Hinc rem promissam  
ab invito exigere, & (*de jure N.*) penes quemcunque posses-  
sorem persequi, hinc jus in eam mihi competens alii  
quovis modo concedere, & sic, interveniente negotiatio-

ne, aliquod ex ea lucrum quærere possim. Hoc autem præter usum dominii naturalem, qui in potestate rei fruendæ consistit, industriae humanæ inventum est; quem proinde, quatenus non à natura, sed ab instituto hominum est, usum dominii *civilem* merito dixeris. Et intra hos limites Grotii sententia potest admitti, ut solo pacto, sine traditione, transire possit dominium, si id cum Pufendorfio *de Iur. Nat. & Gent.* L. 4. cap. 9. §. 6. consideres quatequas notat qualitatem mere moralem, secundum quam res ad aliquem pertinere, ejusque dispositioni subjecta esse intelligitur. Atque hoc sensu dominium nihilo latius patet, quam jus illud *in rem* quod §. 2. descripsimus, quodque ex pacto competere diximus.

## §. V.

**A**D quam sententiam Dn. Huberis & alii, qui in contrarium disputatione, proxime hactenus accedunt, quod per conventionem nil nisi *jus* transferri dicunt: Adeo, ut omnis hac de re controversia eo potissimum recidere videatur, utrum hoc *jus* plenum perfectumque *dominium* directe possit, an non? Nos autem ab hac appellatione ideo abstinemus, quod *naturale dominium* eminentius quasi & consummatius quoddam *jus*, seu genus perfectissimæ paratissimæque dispositionis de ipsa rei substantia, cum plenissima facultate utendi & abutendi, constituere creditur. Ceterum quæ pro generaliter adstruenda sententia sua Grotius *loco supr. §. 3. alleg.* & ceteri ex jure præsternit Civ. afferunt exempla, quibus dominium solo pacto citra traditionem transferri, ipsos JCTos Romanos agnosceré autumant, ea (i.) vel proprie huc non pertinent, ut *justitia missilia*, quippe quorum *acquisitio*, accurate dicendo, neque ex pacto, neque ex vera traditione; sed ex jure occupatio-

5

pationis & derelicti dependet: conf. tamen §. Hoc amplius  
46. qui aliis est 45. I. de R. D. & ibi Vinn. cuius sententia  
licet hactenus vera sit, quod in eo qui jactat amplior aliqua  
destinatio sit, quam in eo qui derelinquit; tamen hoc tradi-  
tionem non infert, nisi admodum generalem, & que in de-  
relinquente eodem fere modo singi posse. Sed nec obstat d.  
¶ 46. superiori interpretationi, cum hic de jure N. dispute-  
mus, cujus licet alium concipiendi modum tradat, in conclu-  
sione tamen convenit. Neque etiam nunc alteri huic sen-  
tentiae valde adversamur, cum & admissio eo quod missilia  
jactata, fuerint tradita in genere, hypothesis nostra, quod  
traditio ad transferendum naturale dominium necessaria  
sit, salva maneat.

Vel (2.) dominium tantum quoad usus effectusve e-  
jus civiles transferunt, ut distinximus §. praecedent. idque  
nonnunquam ex ratione naturali, ut in exemplis Sphi. In-  
terdum 44. de R. D. l. 28. C. de Donat. l. 1. & 2. ff. pro soc.  
& simil. vid. infr. Sect. 2. §. 8. & seqq. nonnunquam ex spe-  
ciali favore, ut in exemplis d. Sect. 2. §. 21. & 22. explica-  
tis. Cæterum sub hoc dominio civili non continentur cor-  
pus, quod corpore transferendum est; sed jus actionis re-  
alè, quod, ut juris civilis remedium est, ita lege quoque  
civ. concedi adimique potest.

## §. VI.

Sed longius forte, quam par erat, instituti rationem qua-  
stione hac interpolavimus, quæ tamen, cum huic loco  
propria sit, evitari non potuit. Consequens est, ut vi-  
deamus, quomodo ex jure in re, ejusmodi pacto seu pro-  
missione quæsito, obligatio ad prestandam tradendamque  
rem procedat. Dependet autem hoc ex eo, quod supr.  
§. 1. ostendimus, principio: prout quis ultra suum habet

*ita eum obligari.* Cum ergo ex justa dispositione jus oriatur inter partes, prout disponere, ex naturali ratione sequitur, quod ipso momento, quo quis disponit ut jus (rei sue) in alterum transeat, incipiat habere ultra suum: quod enim alii concessit, id sibi procul dubio alienum fecit, & quamdiu nondum plene praestitit, ultra suum haber. Licet enim, quod diximus, dominium traditione demum transferatur, jus tamen *in ipsam rem* non amplius est domini prioris, sed ejus in quem translatum est quique rem ab invito exigere potest. Sic qui rem suam vendidit, sed nondum tradidit, non habet quidem rem alterius, sed suam; verum quoniam per venditionem commutatio juris facta est, jus *in rem* consequitur alter, ut, licet non sit dominus, res tamen ad eum spectare & ejus gratia esse incipiat; adeo ut vendor nullum circa eandem actum legitime possit exercere, nisi qui ad rem conservandam possessionemque alteri tradendam pertineat: nam ita disponitur, & prout disponunt ita jus est. Et sic in omnibus obligationibus rerum *plus suo habet ex suo facto*, qui rem promissam tradere obligatus possessione sua impedit, quominus alter jus, quod in eam concessum sibi est, exercere plene possit. Ex quibus patet, *causam* obligationis hujus esse translationem juris in alterum: unde unus plus suo habet & alteri aliquid abest. Ei enim, in quem jus rei translatum est, competit & debetur in posterum plenissima dispositio de ipsa rei substantia; de hac autem disponere pro lubitu & praesens paratumque dominium transferre vel consumere non posset, nisi rem prius exigere liceret: & sic, ex natura relatorum, ubi ab una parte est jus exigendi, ibi ab altera est necessitas legitima praestandi. Hac itaque praestandi necessitas non tam inde est, quia per conventionem seu dispositionem in traditionem con-

consensum esse intelligitur, quam quia per illam *res ita affecta est* ut jus omne circa eam alterius, eaque ipsa alteri debita sit: quæ proinde, ne quis *plus suo* habeat, ex legge *justitiae*, **SUUM CUIQUE**, ei tribuenda est.

### §. VII.

**N**Eque vero hæc obligatio ad præstandam rem ejusmodi pacto *affectam*, cum solummodo tenet, qui jus in illam concessit; sed transit quoque cumire ad quemcunque possessorem, qualicunque titulo eam nactus sit: adeo, ut neque quod pro ea erogatum est, reperti, neque quod ex ea lucri perceptum, retineri ab eo possit, de quo fuisus differit Grotius L. 2. c. 10. & Pufendorf. L. 4. c. 13. Unde clarum est, quod, si res uni ex pacto debita alteri postmodum concessa traditaque sit, id, quippe factum ab eo, qui nullum amplius disponendi jus habuit, irritum vanumque esse; nec favorem possessionis contra jus traditæ nocere posse ei, qui prior jus in ea re quæsitum habuit: quamvis fraudulentus promisor posteriori contrahenti teneatur ad id, quod ejus intererat sibi vano contractu non fuisse illusum.

### §. VIII.

**Q**Uæ quo evidentius patent, eo magis subit mirari, Grotium hæc ita involvere, ut Pufendorfius L. 5. c. 5. §. 5. cum contraria sententia auctorem venditet. Et sane, quomodo cunque intentem ejus explicueris, nunquam tam ut sibi satis constet effeceris. Quanquam autem dubia ejus assertio videri possit, & vix adducar ut contrarium eum sensisse credam; quomodo tamen, si interpretatus eam aliter fueris, cum sanioribus juris N. principiis stare possit, non video. Ita enim Grotius L. 2. c. 12.

§. 15.

§. 15. n. 2. Illud quoque sciendum est, si res bis vendita, ex duabus venditionibus eam valitaram, qua in se continuit presentem dominii translationem, sive per traditionem, sive aliter. Atqui supra L. 2. c. 6. §. 1. n. 2. & c. 8. §. 25. & in pr. ipsis h. §. 15. dixerat, solo pacto transire dominium: quod si verum est, sola etiam venditione, sine traditione transit; nec dubium est, quin praferenda ex duabus sit prior. Nec est quod dicas, cum loqui de casu, quo in una venditione id actum sit *ne dominium statim transeat*, de quo in pr. ejusd. §. mentionem fecerat: nam agere ut dominium non statim transeat, fallor valde aut prope idem est, quod agere, ut in praesenti nihil actum, nullaque (saltem realis) obligatio contracta sit. Quod enim Grotius *dominium* vocat, id idem est, quod nos *jus in rem* appellamus, cuius quamdiu commutatio seu translatio facta non est, nullum adest *o*n*on* traduc*re**, id vero *causam esse obligationis*, qua cessante cessare obligationem supr. §. 2. ostendimus. Sive ergo in certum, sive in incertum tempus collata sit *juris in rem*, vel (ut Grotius) *domini*n*on* translatio*, interim nulla obligatio realis contracta, nec ulla emtio celebrata est; sed negotium subsistit intra terminos nudi tractatus seu promissionis de vendendo, quae sane perfecta venditio non est. Grotius vero ponit casum, quo res bis vendita & due perfecte venditiones celebratae sint, ergo ita accipi & principiis iuris N. conformari non potest. Quodsi vero id actum sit, ut traditio tantum non statim fiat, nihilominus *jus in rem*, vel (ut Grotius) *dominium* translatum est, & valebit semper venditio prior, nec pacto hoc, nec traditione ad posteriorem venditionem accidente, quicquam obstantibus: ergo nec ita intelligi recte potest. De priori tamen casu Grotium sensisse verosimile fit *ex ea quam in continenti***

( 9 )

tinenti subne<sup>c</sup>tit ratione. Per dominii enim, inquit, translationem facultas moralis in rem abiit à venditore, quod non sit per solam promissiōnem. Si enim de duabus emtionebus perfectis intelligi vellet, sibi ipsi contrarius esset, quòd modo dixerat, solo pacto transire dominium posse, nisi aliud actum sit. Viderunt itaque intelligi potius velle de casu, quo cum uno nudi tantum intervenerunt tractatus de vendendo in posterum, cum altero vero emtio perfecta celebrata est, per quam, (juxta ejus sententiam) dominium translatum est, sive traditio accesserit, sive id pactum tantum sit, ut transeat: quod & confirmare videntur verba, sive per traditionem, sive aliter; ita ut per posterius indigitetur pactum dominii translatorium. Sed de ejusmodi casu nemini, nisi omnibus principiis destituto, dubium subnasci unquam potuit; nec esset, quod illud quoque sciendum esse, sollicite inculcaret. Denique, hoc sensu, pactum de vendendo in posterum sumit pro ipsa venditione, quod, quomodo ab hallucinatione liberari possit, non video.

### §. IX.

**N**ec facilius extricari possunt ea, quae Grotius eod. §. 15. n. 1. de periculo & commodo rei venditæ penes venditorem remanente, tradit. Quodsi enim id actum, ut *jus in re seu dominium* non transeat, nullam adhuc obligationem realem contractam, nec emtioneum celebratam esse, modo evicimus. Unde dubium esse non poterat, quin ad eum, quem *venditorem* ille dicit, periculum commodiumque rei pertineat, cum idem plenissimus adhuc rei dominus sit: quodsi vero traditio dilata tantum sit, hoc in juris translatione nihil mutat, & periculum haud dubie est emtoris. Nam cuius est jus circa rem, ejus est periculum. Conf. inf. b. Setz. §. 13. & seqq.

B

Cætera

Cætera, quæ ad *jus Naturæ* spectant, infra suis locis tangemus. In primis autem id, quod circa conditiones alienationibus rerum suarum appositas, & in specie circa pacta *reservativa* & *resolutiva* Naturaliter Civiliterque æquum est, expositum vid, Sect. seq. §. 6 & 7. & Sect IV. per tot.

## §. X.

**E**X his interim omnibus liquet penitissima juris N. ratio, qua ex justa dispositione domini rem suam in alterum transferre volentis, *jus in ipsam rem* oritur: constatque adeo pacta omnia & contractus, quibus promissiones rerum continentur, *res ipsas afficere*, & adversus quemcunque possessorem plenissimum eas persequendi avocandique *jus tribuere*.

Quod quanquam jure Civili mutatum sit, super sunt tamen, eodem jure, non pauca naturalis hujus simplicitatis vestigia, quibus præter hanc juris civ. constitutionem, (quæ debitoris personam pro re præstanta tenet) ea naturalis obligatio *qua res affecta est*, quæque ei cohæret, retenta fuit: atque hoc est, de quo in progressu acturi sumus.

## SECTIO II.

*De Regula Juris Civilis, quod pacta rem non afficiant, in genere, & quibusdam ejus exceptiōnibus in specie.*

## §. I.

**I**Nspectis hactenus, quantum ad propositi rationem pertinet, Naturalis juris fontibus, nunc per Civilia quoque jura materiam hanc ducturo, quomodo à *Naturali* hæc simplicitate Legibus Romanis recessum sit, paucis

cis præfari convenit. Cum etenim utriusque hujus iuris diversi fontes diversaque adeo principia sint, illo naturalem æquitatem voluntate summi Creatoris subnixam, hoc vero publicam privatamque omnium & singularum in Republica utilitatem Legislatoris auctoritate stabilitam, pro norma sequente; hinc, quin Leges Civiles à Naturalium iurium tramite nonnunquam defleterent, evitari non magis potuit; quam effici, ut civilia diversarum Gentium iura, quibus non eadem utilitatis ratio proposita est, exacte tamen inter se convenient.

### §. II.

**Q**uanquam ergo simplicissima juris Naturæ ratio sit, ut ex pacto, quo *de re* disponitur, *jus in ipsam rem* & plenissima facultas ejus penes quemcumq; possessorem persequendæ, competit; tamen hæc juris N. dispositio in effectum deduci & præsenti hominum statui applicari non nisi difficillime poterat. Metuendum enim erat, qui sunt corrupti subdolorum hominum mores, ne possessor conventus mox alienando evitaret judicium; & sic eveniret, ut singulis horis mutari persona Rei, isque, rem in alium transferendo, actoris petitionem eludere semper posset. Quin hoc majus inde sequebatur incommodum, ut, si v. gr. venditor rem uni venditam postea alteri venderet traderetque, is, qui rem alii debitam ignorans emisset, perpetua vindicationi subjaceret. Sect. I. §. 7. & 8. & si ab hoc, & porro per plures manus, res translata esset, retrograda serie, perpetua, de evictione seu indemnitate præstanda, contentio curreret. Unde, cum non actori tantum rei suæ difficillima persecutio, sed & contractuum proprie nulla securitas, & dominiorum summa plane incertitudo immineret, litium autem in Republ, nec finis nec mo-

dus sperari possit; hinc difficultatibus his necessariam prope medelam attulerunt JCTi Romani, & ex jure Gent. secundario constituerunt, ut ad habendum *jus in re actionemque realem*, præter pactum accedere deberet possessionis translatio *vid. l. 20. C. de pact.* (quæ tamen in terminis habilibus, & salvis exceptionibus intelligenda est *vid. §. §. seqq.*) Ceterum de nudis ejusmodi pactis & contractibus juris Gent. constituerunt, ut ex iis, veteri *jure in rem* persecutioneque reali extincta, *l. 1. 3. C. de actionem, emi, oriatur jus in personam*, vulgo *jus ad rem*, *vid. l. 3. pr. ff. de O. & A.* cuius virtute, licet res sit alienata, Rei tamen *persona* constanter maneat obligata *vid. l. 25. pr. f. eod.* Hinc proditæ sunt actiones personales ex contractibus, ex stipulatu, præscriptis verbis & similes. Hujus §. *transmutationis* & præsertim mutationem juris civ. fusius expressam *vid. infr. §. 15. & seq.*

### S. III.

**H**is positis, toti huic dissertationi præjudicialis enascitur quæstio: *An ergo mutata in hunc modum pactorum natura, codem jure civili dentur etiamnum pacta ipsam rem sufficientia?* Cui quæstioni facilius expedientur planior via sternatur, vocum ante omnia reddenda ratio est. PACTORUM itaque appellatione comprehendimus omnes conventiones, seu dispositiones NB. de re, ex quibus tam jure G. quam Civ. jus seu obligatio nascitur; adeoque etiam eas, quæ jure Civ. proprium nomen propriamque naturam sortitæ sunt. REM vero AFFICERE generaliter describimus: facere ut res ipsa induat qualitatem ei coharentem, juxta quam alter *jus in ea re* habere intelligatur.

Atque intra hos terminos dari *pacta ipsam rem sufficientia*

13

cientia communiter negant DD. quos cumulatim con-  
gestos vid. ap. Cævallos *commun. contra comm.* qu. 673.  
& hos sequuntur *Donellus comment. ad tit. C. de pact.* in  
l. 20. n. 7. ad II. *Bachov. tr. de action. disp. 4. th. 19. §.*  
*Non tempero mibi. Struv. S. I. C. ex. 23. th. 28. Dn. Stryk.*  
*annotat. ad pag. Lauterb. 49. verb. Transfertur.* Et com-  
plures alii, qui in singulis materiis circa hanc rem varie  
dissentient, & in tractationis progressu suis locis notandi  
venient.

Moventur illi generalitate earum legum, quibus hæc  
civilis constitutio introducta est : cuius summa exstat in  
l. 20. C. de pact. *Traditionibus & usucaptionibus, non nu-*  
*dis pactis, dominia rerum transferuntur, & in l. 3. pr. ff. de*  
*O. & A. Obligationum substantia non in eo consistit, ut*  
*aliquid corpus nostrum, aut servitatem nostram faciat: sed*  
*ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel facien-*  
*dum, vel praestandum.* Ex quibus effici putant, ut, quoad  
materiam contractuum, universale & perpetuum juris axio-  
ma sit: *nullum jus in re vel actionem realem citra tradicio-*  
*nem acquiri; contractus vero seu pacta jus tantum in perso-*  
*nam & personalem actionem producere, ceterum rem affi-*  
*cere nunquam posse.*

#### §. IV.

VERUM hanc regulam nimis generalem, & tum dispo-  
sitione dd. II. ampliorem, tum ex cœtero jure varie  
limitandam esse, credimus. Sic, quod DD. hanc, *rem*  
*afficiendi, potentiam generaliter omni pacto denegant,*  
*hoc (1) ex d. l. 20. inferre non possunt; quia hæc non*  
*potest intelligi, nisi de iis tantum pactis, ex quibus tradi-*  
*tio aliqua sequi debet: quod patet, (a) quoniam d. l. pacta,*  
*nuda opponit iis, quæ secuta est traditio: traditio autem*

vel q̄l est possessionis vel q̄l translatio; quæ proinde sequi non potest, nisi pactum ita comparatum sit, ut ex eo transferri res vel possessio juris alicujus realis debeat: (b) quia ex dictis appareret, (fatente etiam Donello d. loc. pr. & n. 6.) questionem in h. l. propositam fuisse, si pactum tale initum sit, quod sequi debeat traditio, utrum tunc per ipsam promissionem seu pactum, an per secutam deum possessionis traditionem, dominium translatum esse dicendum sit? (Usucaptionis enim incidenter tantum injicitur mentio, respectu habitu ad casum, si forte res à non domino fuerit tradita, quod hoc, & ad materiam pactorum, non spectat.) Unde evidens fit, legis h. dispositionem, neque secundum hos terminos propositæ quæstionis, neque secundum terminos decisionis, pertinere posse ad ea pacta, ex quibus vel possessio transferenda non est, vel traditio aut q̄l sive per accidens, sive per negotii naturam, ad effectum juris realis necessaria non est: quæ in seqq. clariora fient.

## §. V.

**Q**uin (2.) exh. l. contra DD. inferri potest, quod ea loquatur tantum de pactis à traditione nudis, secus ergo sit in iis quæ vim traditionis habent. vid. inst. h. Sct. §. 10

Denique (3.) hæc lex generalis est, & ex aliis speciarioribus limitationem recipit. l. 80. de R. J.

Nec magis illam regulæ suæ generalitatem probare possunt DD. ex d. l. 3. pr. ff. de O. & A. quippe ad quam eadem plane responsio est. Loquitur enim de Obligatione, que alium ad dandum obstringit, ea autem nascitur ex tali pacto vel contractu, quem sequi debet traditio: secus ergo similiter (1.) ubi tradi nil debet &c. vel (2.) pactum traditionis vim habens intercessit, & sic obligatio personalis

lis ad dandum cessat; vel (3.) ubi cum obligatione ad dandum rei vindicatio concurrit, & generalior hæc lex ex specialioribus limitationem recipit. vid. l. 1. de Donat. que sub mod.

### §. VI.

PERperam itaque, & contra mentem dd. II. tradunt DD. regulam, quod pacta rem non afficiant, esse universalem & perpetuam. vid. Donell. d. l. n. 10. f. cum, his II. nil obstantibus, ex cetero jure, tribus supra dictis rationibus adumbrato, varias limitationes recipiat, & universalis perpetuæ esse desinat.

Sic fallit [I.] regulariter in omnibus pactis reservatīvīs & resolutīvīs in alienatione rei suæ adjectis arg. L. 7. C. de Don. ante nupt. L. 2. 3. C. de Donat. que sub modo L. 1. C. de Pact. inter. emt. L. 3. ff. commun. præd. L. 5. C. si mancip. ita fuerit alien. L. 9. ff. de Serv. export. & simil. de quibus infra suo loco videbimus. Licet enim ad hujusmodi pacta juris reservati traditio nulla accedat, nec accedere per naturam possit, (quod enim v. gr. à venditore reservatum est, in emtorem translatum non est: ergo nec emtor jus, quod non habet, dare, nec vendor, quod jam habet, accipere potest) tamen reservatio domini, cum consenſū ejus qui rem acquirit, idem operatur, quod solennissima traditio. Cujus rei manifestissima hæc ratio est, quod ad dominii vel juris realis constitutionem nihil aliud requiritur, quam, ut pacto accedat possessio, (vera vel q̄s) eam vero sive quis habeat acceptam per traditionem, sive tentam per reservationem, naturaliter idem est. arg. §. 44. de R. D. Conf. omnino infr. Sect. 4. §. 20. Sic si ex duabus fundis alterum alienem, & in traditione milii excipiām seu reservem, ut alienatus retento servitutem, v. gr. actūs, debeat, ea jure imposta est. d. L. 3. ff. comm. præd. L. 6. pr. eod.

*cod.* scilicet, quia hoc jus agendi jumentum vel vehiculum  
jam antea sub jure dominii possedi: quod cum cedere em-  
tori noluerim, solo pacto seu lege in traditione dicta, jure  
servitutis reservare mihi potui. *infr. Sect. IV. §. 20.*

## §. VII.

**Q**uin huic argumento accedit quoque illa naturalis ra-  
tio, quod promissionei rei sui onus adjicere liceat, vid.  
*infr. Sect. IV. §. 19. f.* item illa, quod bona fides contractus, le-  
gem servari venditionis exposcat; vid. omnino *l. 13. pr. ff.*  
*commun.* prad. ubi illustrè in hanc rem exstat exemplum,  
Atque his rationibus inducti *JCTi* in *l. 48. ff. de Pact. & l. 8.*  
*C. de Pact.* inter emt, generaliter definit: *In traditioni-*  
*bis rerum quocunque pactum sit, id valere, manifestissi-*  
*mum est.* Nec movet, quod objicit Bachov. tr. de *Aet.*  
*d. loc. regulam* *hanc perinere tantum ad traditiones infor-*  
*mes, qua non sunt ex certo contractu nominato, qui pro-*  
*prias suas prestationes habet:* Namque hoc satis confuta-  
tur exemplo Legis commissoriæ, additionis in diem, pa-  
cti de non alienando, vel servo exportando in venditione  
ejus dicto, & simil. ubi utique traditio fit ex contractu no-  
minato proprias prestationes habente, & nihilominus hæc  
pacta valent, *remque afficiunt*, ut infra patebit. Quam-  
vis horum pactorum naturam aliter explicit *Donel. d. loc.*  
*n. 10.* cuius sententiam refutabimus *infr. Sect. IV.*

Atque ex hoc fundamento pacta per tot. *Sect. IV.* ex-  
posita contra regulam *DD.* *rem afficere contendimus,* qua  
quoniam prolixiorē tractationem requirunt, hoc loco  
commodè expediti non possunt: hic eorum principia de-  
monstrasse sufficiat.

## §. VIII.

**S**ed hæc præterea [IL] fallit in casu *d. §. 44. interdum de*  
*R. D.*

R. D. & l. 9. §. 5. ff de Acquir. rer. dom. ubi sine traditione  
 nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam, quan-  
 do scil. naturalis possessio rei, quæ tradenda erat, apud alterum  
 jam existit. Ex quo probatur, ad jus reale constituendu-  
 m sufficere, ut pacto accedat possessio: utrum vero ea  
 per traditionem domini ex eadem causa factam; an aliter  
 ejus voluntate acquisita sit, non inspici. vid. l. 47. de R. V.  
 l. 5. l. 33. f. de Acquir. poss. Et quanquam in hoc casu fi-  
 età traditio, quæ juris intellectu perficiatur, subesse dica-  
 tur; tamen ficta traditio idem est quod nulla: neque so-  
 lida ratio dari potest, cur hic traditio, quæ non interve-  
 nit, intervenisse necessario fingenda sit. add. infr. b. §. in  
 fin. Quod enim jus Civ. ad dominium transferendum,  
 præter pactum, requirat accendentem traditionem, hoc  
 naturalem rationem habet: quod ad plenum perfectumq.  
 dominium transferendum, etiam de jure Nature, possessionis  
 translatio requiritur; ut vidimus Scđ. præc. §. 3. & 4. ea au-  
 tem regulariter tradendo demum transfertur. Hinc, dum  
 LL. desiderant traditionem, sequuntur id quod plerum-  
 que fit, & non tam præcise respiciunt actum tradentis,  
 quam effectum ex voluntate domini translatae possessionis.  
 d. l. 47. de R. V. l. 5. de Acquir. poss. Unde, ubi naturalis  
 possessio, quæ alias tradendo transferenda erat, præexistit,  
 ibi sufficit, ut accedat ei possessio civilis seu propria: quæ  
 cum (separata à naturali) pro objecto habeat, non ipsam  
 rem seu corpus, sed tantum jus circa rem, seu jus rei cum effe-  
 ctu possidenda; hinc citra actum corporeum, sola declaratio-  
 ne domini ad possessionem, late sic dictam (ut in l. 38. §. 7.  
 de V. O. l. 24. de Acquir. poss.) seu naturalem accidente, civili-  
 lis quoque possessio transferri potest. Quod adeo verum  
 est, ut res statim cum ipso pacto fiat alterius. l. 21. §. 1. de A.  
 R. D. isque vere & proprie possidere incipiat. l. 3. §. 20. de  
 Acquir.

C

Acquir.

*Atquir. poss. & alterum, æque ac si res tradita esset, evictoris nomine obligatum habeat. l. 62. pr. de Evit. add. l. 10. ff. de Donat. Brunn. ad l. 13. C. de Pign.* Ex quibus clarum est, cum in hoc casu, pacti efficaciam esse, ut illum, qui ante a nomine alterius possedit; nunc, ex ejus voluntate, nomine proprio & jure domini possidere declareret, atque hoc ipso factam (si qua omnino fingi debet, contrall. in pr. h. §. alleg.) traditionem inducat, & ex possessione naturali seu impropria civilem sive propriam faciat, dominium que cum omni jure, vel saltem conditionem usucapiendi, l. 17. de Vsurp. & Vsur. transferat: Qui effectus cum principaliter & directe ex ipso pacto procedant, illud h. c. rem affectare & reale jus tribuere negari non debet.

### §. IX.

Porro ad hunc locum etiam referimus decisionem legis 46. & seq. ff. de R. V. ubi auctore in item jurante, reoq. in quantitatem jurataam condemnato, statim transferatur dominium rei ab ipso possessa. vid. Lauterbach. tit. de in lit. jur. p. 193. lit. E. Cujus rei ratio citra principia §. præc. exposita defendi non potest; Quanquam enim per sententiam dominium alioquin non transferatur, (contra non nullos DD. vid. Vin. ad §. f. I. de Offic. jud.) cum actio & exceptio rei judicatae oriuntur ex quasi contractu litis contestationis, l. 3. §. 11. ff. de Pecul. adeoque in personam tantum sint; tamen hoc casu, quo reus rem jurejurando actoris æstimatam adjudicatamque possidet, dominium ejus statim transfertur. Scilicet, quia litis æstimatione similis est transactio d. l. 46. f. vel emptioni l. 3. pro emt. & possessioni pro emtore l. 1. eod. Publicanamque actionem tribuit l. 7. §. 1. de Public. in rem. act. Unde, ut emto rei cuius possessio jam tum peperes nos est, citra traditionem, dominium statim

statim transfert, per §. preced. sic etiam possessioni accedens litis estimatio, propter similitudinem & præsumptionem venditionis, rem statim possessoris facit. Ergo cum hi c. ex quasi contractu litis contestationis, vel ex præsumpta emtione effectus translati dominii (vel saltem conditionis usucapiendi d. l. 17. de Usurpat.) & competentis actionis realis oriatur, pacto rem affici non dubitatur.

## §. X.

[III.] **M**axime fallit regula DD. in pactis ad transferendam possessionem expreste comparatis & jure Civil. in eum effectum confirmatis. conf. supr. b. Seet. §. s. nu. 2. Talia sunt pacta constituti possessori vel precarii, quibus donans, vendens, vel aliter concedens constituit se simpli- citer, vel precario, vel ex locato, commodato, deposito, vel ex causa pignoris, vel pro usufructuatio rem imposte- ruim possessorum detenturumve, nomine illius, cui eam vendidit concessitve: quæ materia fundatur in l. 77. de R. V. l. 18. pr. l. 19. ff. de Acquir. poss. l. 28. C. de Donat. vid. Go- thoft. ad h. l. lit. k. & passim D.D. ad §. interdum 44. l. de R. D. & ad dd. ll. Scilicet hæc pacta transferunt omnimo- dam possessionem, civilem & naturalem (in precario ta- men uterque possidet l. 15. §. 4. de Precar. l. 3. §. 5. de Ac- quir. poss.) & operantur jus reale dominii vel condicio- nis usucapiendi, Publicianamque in rem actionem tribu- unt, & omnino veræ traditioni æquivalent. vid. Mantic. de Tac. & Amb conv. vol. 2. lib. 13. tit. 23. n. 14. & ibid. tit. 36. nu. 5. Coler. de Process. execut. part. I. c. 10. nu. 182. & seq. Et de horum pactorum natura ac insigni virtute exstat in primis luculentus tractatus Tiraquelli relatus in operum ejus tom. 3. tr. 3. inscriptus, de jure constituti possessori quem vid.

Interea, cum insignes hi & maxime reales, quos ibi refert,

effectus, nullo traditionis actu interveniente, directe ex ipso pacto procedant, illud *rem afficere* fateamur necesse est. *conf. que notar. Mev. p. 5. decif. 351. ad num. 7.*

Ceterum illud notari meretur quod habet Sande in *Gelria consuet. feud. tit. I. c. 1. n. 18. neminem moribus Gelrie & Zurphanie eandem rem donare posse ac retinere; adeo, ut neg. constitutum, vel rei sua conductio vel retentio usus-fructus ibi quicquam operentur.*

Huic pacto constituti possessori simile est illud ex jure Feud. quo quis allodium suum, abdicato proprietatis jure, tanquam feudum recognoscere ab alio constituit: de quo *an rem afficiat*, & simplex haec recognitio rei sua directum dominum transferat, subtilis disputatio exstat apud Guid. Pap. decif. 272.

### §. XI.

[IV.] **F**allit regula DD. in contractu societatis universalis omnium bonorum: ibi enim statim cum ipso pacto omnes res, qua cœuntur sunt, continuo communicantur, licet traditio specialiter non intervenierit. *I. i. §. 1. l. 2. ff. pro socio.* Cujus rationes hæc dari possunt, (1.) quod, qui ita societatem contrahunt, ut omnia bona sint communia, velle intelligentur, ut possessio etiam communis sit; & sic sive possessioni, quam habent in solidum, renunciare, & ut communio nomine imposterum possideant, constituere videantur: *Arg. l. 18. pr. ff. de Acquir. poss. l. 28. C. de Donat.* (2.) Quod hic cœlest utilitas vel necessitas traditionis: ea enim nihil aliud confert, quam custodiā seu possessionem; haec vero per alium etiam exerceri. *l. 9. de Acquir. poss. & alteruter sociorum communi nomine possidere & custodire potest.* Ex quibus dubitari forte poterit, an non in contracta etiam societate certorum bonorum

rum seu corporum, ea continuo communicata, & citra actualem collationem, statim communis nomine possideri coepit, intelligi possint? Sed facit arg. ex d. l. 1. §. 1. & l. 58. §. 1. b. t. ut contrarium JCtis placuisse verosimilius videatur, vid. Lauterb. Collig. Theor. Pract. b. t. §. 14. & 15. quanquam ad hos textus responsio non desit; cum hic unius positio non necessario inferat negationem alterius, vid. d. l. 1. nec in d. l. 58. agatur de certi corporis, sed quantitatis societate contracta, & simil. Unde, si de certo corpore, & animo constituendi, ut id communis nomine possideatur, ex tenore actionis constet, hos textus parum obstat, quo minus res continuo communicata intelligatur, rationi juris non incongruum est. arg. d. l. 18. pr. de A. P. l. 28. C. de Don. Et haec de rebus quae tempore societatis contractae coenuntur jam sunt: de iis, quae postea acquirentur, an & haec citra actualem collationem communacentur, vid Gail. lib. 2. observ. 24. in fin. Vini. ad pr. l. b. t. n. 3. Lauterb. d. l. corum tamen sententia Illustri D. Coccejo non probatur.

## §. XII.

Ceterum, ut societas universalis omnium bonorum non expresso tantum, sed tacito etiam consensu, utcunque declarato, contrahitur, vid. Lauterb. comp. b. t. pag. 291. f. ita non incongrue huc referri posse videtur, quod moribus totius fere Belgii, (excepta Frisia) & in Patria nostra, & passim, per matrimonium communio bonorum omnium, & universalis societas ( nisi pactis antenuptialibus in contrarium quid cautum sit, ) ipso jure constitutatur; adeo, ut etiam res, quae post contractum matrimonium quasiæ sunt, continuo utrique conjugum communes siant, & non exspectata nova earum com-

municatione, quæ pro ea petenda retinenda repetendave  
prodita sunt juris remedia, ea communiter & invicem in-  
ter conjugum heredes competant. *vid. Winn. d.l. & omni-  
no Iohan. a Sande decis. Prisic. Lib. 2. tit. 5. def. 6.* Et  
quoniam hos effectus magis ex potestate juris, quam  
ex ipso contractu matrimonii procedere dicas; tamen  
ipsa hæc juris dispositio ita comparata est, ut ei, pacto  
conjugum, derogari possit: (idque ex æquissima ratione,  
quam colligere licet ex l. 20. §. 1. ff. de paet. dot. l. 10.  
C. de Paet. l. 1. 4. C. de Paet. conv.) adeoque hæc uni-  
versalis societas ejusque effectus non tam sunt ex pote-  
state juris, quam ex tacito pacto, quo, qui contraria pa-  
tione sibi cautum esse nolunt, in legis dispositionem ta-  
cite consentiunt: Quin, vel ipsa hæc pacta antenuptialia,  
quibus illi bonorum communioni derogatur (quatenus  
rem huic juris potestati seu communioni subtrahere, &  
jus solitarii dominii integrum pacienti reservare valent)  
rem afficere non inficiaberis.

### §. XIII.

[V.] **F**allit regula DD. in contractu emtionis, quatenus  
periculum & commodum rei venditæ, *sed nondum*  
*traditæ*, statim post conventionem perfectam transfertur  
in emtorem. §. 3. l. de emt. vend. l. 7. ff. de peric. & com.  
rei vend. Ematio autem perfecta intelligitur, quam pri-  
mum de certa re, & pretio quo veneat, pure constat. l. 8.  
ff. d. 1. Tunc igitur, (nisi aliud actum sit, vel vendoris  
culpa aut mōra intercesserit, vel res ex præcedente vitio  
perierit. *vid. Lauterb. b. 1. pag. 352.*) omne periculum &  
commodum adeo est emtoris, ut sive quid rei accedat,  
ad eum pertineat, nec premium augeat; sive quid decedat,  
vel res tota pereat, premium integrum solvi debeat, solu-  
tum

tum repeti nequeat, & omne damnum, quasi re propria  
percuntem, ad eum redundet. dd. II. l. 10. §. 1. l. 11. ff. b. t.  
l. 1. 4. pen. & fin. C. eod. l. 35. §. 4. de contr. emt. l. 31.  
pr. de act. emti. l. 5. §. f. de rescind. vend. l. 15. de jur.  
dot. l. 11. §. 9. quod vi aut clam. Et hoc indubitati adeo  
juris est, ut iis textibus, in l. 33. locati. l. 12. & 14. b. t.  
(quibus Cujacius, Borcholt, Vultejus in contrariam senti-  
entiam abrepti, vid. Vinn, ad §. 3. I. de emt. vend. n. 8.  
aliique distinctionem hic inter str. jus & æquitatem com-  
menti sunt, vid. Gothof, ad. d. l. 33. lit. g.) post tot solidis-  
simas DD. responsiones immorari hic supervacaneum  
putemus.

#### §. XIV.

**E**NIMVERO, quanquam hoc jus à veteribus constanter  
traditum, & tum à Justiniano, tum ab aliis Imp. di-  
serte comprobatum esse, post tot textus Pandectarum,  
etiam ex Institutionibus & Codice dd loc. clarum sit, nec  
dubitari ultra debeat; dissimilandum tamen non est, ipsam  
hanc juris civ. dispositionem ita esse comparatam, ut ex  
propriis & penitioribus ejusdem juris rationibus accurate  
defendi vix possit.

Etenim (1.) cum, ex naturali juxta ac civili ratione,  
ejus sit periculum, cuius est jus circa rem, & secundum  
jus perpetuum res dicatur perire ei, cuius fuit, seu qui do-  
minus est, vid. l. 9. C. de pign. action. arg. l. 83. l. 208. de  
R. q. quomodo constabit periculum esse emtoris? qui ta-  
men ante traditionem nihil juris in rem habuit; sed tan-  
tum in personam, venditore interim domino manente?  
§. 3. in f. de emt. vend. l. 8. C. de act. emti. adeo, ut is  
cum effectu rem alii vendere & tradere possit, l. 9. §. 4.  
de publ. in rem act. l. 31. §. f. de act. emti. l. 15. C. de R.V.  
& manumittendo servum venditum, ciuem Romanum fa-  
ciat.

ciat. l. ii. C. de act. emti. Ex quibus dicendum videtur jus quidem ad rem præcise petendam, emtori; ceterum rem ipsam suo domino seu venditori esse peritaram.

Aut (2.) cum jura magis faveant ei qui repetit, (prætium) quam, qui de lucro captando certat. l. 33. l. 41. §. 1. de R. f. quomodo re suo domino, citra ullam emtoris culpam, pereunte, huic pretii repetitio vel retentio denerari poterit? Denique (3.) cur hic adeo subtile sunt LL. Romanæ in distinguenda specie, *do ut des*, à contractu emtionis, ut in exemplo l. f. ff. de condit. caus. dat. diversum placeat? Atque hinc est, quod Grotius *d. f. B. & P. l. 2. c. 12. §. 15. n. 1.* hanc translationem periculi & commodi in emtorem, antequam dominus sit, *juris civ. commentum esse* dicat, & plerisque legum conditoribus contrarium placuisse demonstret. Ceterum, quanquam DD. pro tuenda hac in re juris consonantia varias & satis equidem speciosas afferant rationes; ex tamen vel admodum universales & longe petitæ sunt, vel principium petunt, & à similibus juris decisionibus desumitæ, præsentem hanc magis confirmant, quam cum hypothesi, *quod vendor maneat dominus*, conciliant; vel denique omnino huc non quadrant. *vid. Vinn. d. §. 3. de emt. vend. n. 7. conf. Pufend. de f. N. & G. l. 5. c. 5. §. 3.*

### S. XV.

**R**ectius itaque dici videtur, hic subesse vestigium juris Gentium: cuius rationem ita necimus. Jure N. dispositio de re, citra traditionem, (1.) tribuebat plenissimum *jus in re*: proindeque (2.) periculum omne & commodum, tanquam jura rei cohærentia simul transferebat; Hinc res & fructus vel accessiones ad emtorem pertinebant, & una ac simplici petitione à quocunque possesso-

re

re vindicanda erant. *tota Sect. I.* Verum ex hoc nascebatur difficultas rei persecutio, cum res ab uno in alium transferri, & sic auctoris petitio eludi semper posset. *Sect. II.* §. 2. Huius difficultati occurtere voluit ius civile, & ex ejusmodi dispositione seu contractu novâ obligatione, quæ personam teneat, inductâ, modum agendi in utroque mutavit; id vero quod in petitionem veniebat (quantum fieri poruit) nec minuit, nec auxit.

Hinc, mutato solum agendi modo, cetera juris N. ratio mansit, eademque præstationes, quibus ex J. G. obnoxius erat, retenta sunt (1.) in venditore. Sic tenetur is rem (a) *cum fructibus & accessionibus* (b) *præcise, tradere;* contra DD. *vid. Lauterb. Coll. Theor. Pr. ad tit. de aet. emti* §. 8. & *quos alleg. Hopp. ad tit. I. de emt. vend. in fin.* Ceterum, ubi tradere per dolum aut culpam suam non potest, tenetur ad pretium cum usuris restituendum: *l. 15 C. de R. V. l. 11. C. de action. emti.* & interdum ad id quod interest. *l. 4. C. de action. emt. vid. Hopp. d. l. obj. 2.* & 3. quin nonnunquam etiam poenæ falsi ex L. Corn. subjicitur. *l. 21. ad L. Corn. de fals.* Atque hæc accurate substituta sunt in locum rei persecutionis de jure N. competentis, & fluunt ex mutatione actionis realis in personalem, emtoremque indemnem, & tertium, qui rem iuste possidet, securum præstant. add. Pufendorf de J. N. & G. L. 5. c. 5. §. 5.

### §. XVI.

**H**is consequenter placuit JCtis Romanis, ut ejusdem juris N. vestigium remanceret etiam (2.) in entore. Hinc, re citra dolum vel culpam vendoris pereunte vel deteriore reddita, damnum est emtoris: Id vero retentum est, (a) quia in hac quæstione cessabat ratio muta-

D

tionis,

tionis, quæ erat illa ex jure N. resultans difficultas *vid. supr.*  
*b. Sect. §. 2.* (b) quia res emtori etiam periisset, si eam  
 statim accepisset; potuisset autem, pretio oblato, statim  
 accipere, vel venditorem in mora constitueret; quod cum  
 sua culpa neglexerit, sibi imputandum habet: (c)  
 quia ex eodem J. N. retentum erat, ut emtor commoda  
 & fructus rei acquireret, æquumq; foret, ut idem damna  
 ferret. Denique generalis & summa æquitatis ratio, cur,  
*littera vendori jure civ. maneat dominus*, tamen & in fru-  
 ctibus rei acquirendis, & in periculo sustinendo jus G.  
 servari placuerit, ea est, ut cuique percat, quod naturali-  
 ter ejus est. *l. 9. C. de pign. act.* item ne unus interim fru-  
 ctus ex re & pretio percipiat, alter utroque careat. Et  
 hanc rationem accurate adeo sequitur jus Romanum, *in*  
*l. 13. §. 20. ff. de act. emt. l. 12. C. eod.* ut etiam in residua  
 parte pretii non soluti eandem proportionem egregie ser-  
 vet, *vid. l. 5. C. d. t.*

Ergo cum, mutato tantum agendi modo, cœteria  
 pleraque ex J. G. retenta sint; eo autem jure pacta ejus-  
 modi omnia rem afficiant, pactum hoc seu contractum  
 emtionis, ratione ejus quod jure civ. mutatum non est,  
*rem afficere* haud timide concludo.

### §. XVII.

[VI.] **F**allit regula DD. in pactis, quibus ad transferen-  
 dum dominium, vel jus actionemque realem tri-  
 buendam non opus est possessionis translatione: quæ  
 pacta, cum ad exemplum hereditatis, fideicommissorum  
 vel legatorum introducta sint, de *horum* acquisitione pau-  
 ca præfari, ad *illorum* cognitionem plurimum expediet.  
 In his igitur *dominium & proprietas* rerum hereditaria-  
 rum vel legatarum statim cum aditione vel agnitione ipso  
 jure

27

jure transit l. 23. pr. de acquir. poss. l. 64. in fin. de furt. §. 2. in fin. de leg. l. 1. C. comm. de legat. Possessio autem non transit, sed apprehenda est. Et licet non desint, qui eam quoque statim cum aditione vel agnitione transsumi velint, vid. *Tirag.* tom. 3. tr. le mort saisi le vif part. 1. declarat. 3. n. 1. tamen haec sententia notorio juri contraria est, & adversatur tum d. l. 23. pr. tum l. 30. §. 5. eod. l. 35. de usurp. & usuc. l. 2. §. 1. expil. hered. l. 1. §. 15. si is qui test. lib. l. 14. C. de jur. delib. Neque his obstat l. 30. ex quib. caus maj. quippe, qua expresse loquitur de usucapione; quoad hanc autem implendam exceptio est, quod continuetur possessio defuncti in herede, nisi ab alio interrupta fuerit. l. 13. §. 4. de acquir. poss. l. 20. de usurp. & usuc. l. 31. §. 5. l. 40. eod. l. 14. §. 1. de divers. & temp. pr. Plura super hac qu. & quod hoc jus statuto mutari possit, vid. ap. *Tirag.* d. l. n. 2. & seqq. *Gail.* l. 2. obs. 119.

Sed quanquam haec ad materiam pactorum parum spectare videantur, praecognita tamen oportuit, visitris, an eadem etiam in legatis, fideicommissis vel hereditatibus pacto delatis locum habere possint? Verum & hoc argumentum frustra discuterimus, nisi prejudiciali quæstioni an hac pacta omnino, aut quibus in casibus, valeant? saltem obiter & remissive ante satisfecerimus.

### §. XVIII.

Igitur pacta successoria, seu de hereditate viventis, jure Rom. regulariter improbantur & pro nullis habentur. l. f. de suis & legit. hered. l. 61. de V. O. l. 15. l. 19. l. f. C. de pact. l. 35. §. 1. C. de in off. test. l. 5. C. de paet. conv. l. 4. C. de inutil. stip. l. 3. C. de collat. Hujus constitutio-  
nis rationes exacte, præ aliis, eruit & deducit. *H. Pistor.*  
L. 4. qu. 1. & seqq. quem. vid.

Admittuntur tamen (1.) eod. jure civ. inter milites.

D 2

l. 19.

i. 19. *C. de Pact.* (2.) moribus : inter personas Illustres, Principes, Comites, Barones, qui in casum deficientium heredum de successione in Principatus &c. & nonnunquam etiam in bona allodialia simul, pacisci solent, & hæc jure Publ. pacta confraternitatis Erb = Verbrüderung vocantur: de quorum valore & requisitis vid. *Ill. Dn. Cœcilius Iuris P. prud. c. 26. §. 1. ad 5. add. Carp. 2. c. 35. d. 25. in fin. Hahn. de jure rer. concl. 73. & DD. ap. Gall. l. 2. obs. 127. & ap. Schilt. Praxi juris Rom. in foro Germ. tit. de pactis. §. 37. in fin.* Quod extenditur etiam ad pacta Nobilium immediatorum, qua gentilitia seu familiæ **Stamm-Pacten** / uti bona super quibus interponuntur **Stamm-Güter** appellantur, vid. *Ill. Cocc. d. l. &c. quem alleg. Myler.*

(3.) Inter conjuges, in casum non fecuturæ prolis, pactis dotalibus, de mutua successione carentes. *Gall. l. 2. obs. 126. num. 3. Hahn. d. concl. 73. & DD. ap. Schilt. d. l. §. 40.* quod extenditur etiam ad unionem prolium. *Iac. Rick. de un. prol. c. 3.* In Electoratu Saxoniam ad horum pactorum validitatem requiritur V. testium præsentia, vel judicialis insinuatio præsentibus partibus facta. *Const. Elector. 43. part. 2. Schaff. diff. jur. comm. & Sax. 42.*

(4.) Inter eos, qui societatem omnium bonorum contrahunt, & pacto adjecto de mutua successione carent: propter similitudinem rationis cum casu præc. *Conf. supr. b. Sect. §. 11. & 12. NB.* & in his maxime casibus valent etiam de tuta hereditate. Vid. *Tirag. tom. 1. tr. de jure primigen. quest. 6. n. 8.*

(5.) Inter fratres sororesve reciproce interposita, in casum, si alter sine liberis decesserit, quæ à DD. pacta vicissitudinaria sive mutua vocantur. Vide quos allegant *Tirag.*

Tiraquell. d. loc. num. 5. & 24. Gail. d. Observat. 126.  
num. 2.

(6.) In filia vel minore fratre in favorem familiæ vel primogenituræ hereditati renunciantibus ; idque juratō. c. 2. de paet. in 6. add. Tiraq. dol. n. 6.

(7.) Juxta comm. DD. sententiam indistincte valent pacta interposita super successione rei singularis ; (ut immobilium tantum) non tota hereditate, vel ejus quota : vide quos alleg. Tiraq. d. l. n. 15. & 14. Gail. d. obs. 126. n. 8. & omnino Sande L. 4. tit. 5. def. 19. cap. 1. ubi & dissidentes allegat; sed hanc sententiam in supremo Frisiae Se- natu probatam refert.

### §. XIX.

**S**ed præter has exceptions totam juris Rom. regulam, qua pacta hæc improban tur, juri N minus convenientem & rationabilioribus sanctioribusque universæ adeo Germaniæ moribus contrariam, nec in foris ejus recipiendam esse docet Dn. Schilter. d. l. §. 35. ad 40. Quod ut egregie in utramque partem disputat; ita. gravissimis & le-  
tū sāne dignissimis argumentis adstructum, complutum DD. auctoritatibus, aliisque præjudiciis hinc inde vallat: quin hanc juris civ. constitutionem ab ipsis adeo Romanis Imp. postea improbatam esse probat ex Nov. Leon. 19. collata cum l. 15. C. de paet. Denique, cum Hotomano & Hei- gio præter legitimos & testamentarios, moribus tertiam he- redum speciem, qui conventionales dici possint, obtinere existimat.

Sive ergo tota regula moribus Germaniæ mutata; sive exceptions tantum veræ, & que singulæ, sive per univer- sam Germaniam, sive in certis tantum provinciis receptæ sint; tamen hæc pacta, non ubique saltem, nec indistincte improbata atq; ab usu remota esse, adeoq; nec de effectu co- rum frustra disquiri, constat.      D 3      §. XX.

## §. XX.

**H**oc autem ut recte expediti possit, pro diverso conventionis tenore, duas horum pactorum species puto distinguendas. Aut enim [I.] verba conventionis talia sunt, *ut bona alicui simpliciter vel stipulato promittantur, post mortem*, sub conditione, si promittens sine liberis decessurus sit; & sic obligatio in persona promittentis fundata, sed in mortis conditionisque evenrum collata, in heredis persona effectum capiat. Atque hoc casu bona per viam meri contractus concessa intelligi, & ab herede, sine ullo succedendi jure, personali actione petenda esse, rationis est, conf. Sande d. def. 19. cap. 2. & hæc species nec rem afficit, nec hoc pertinet. Aut [II.] pactum ita conceputum est, ut existente conditione, alter in iis bonis *succedere, eave ad ipsum devolvi ac devenire debeant, Er die Güter erben / oder sie an ihm verfallen sollen;* aut talis omnino pacti formula est, *qua juris vel successionis hereditaria significationem continet; & sic rem, vel justiciæ, absque ullo heredis facto, recta via à defuncto in alterum transitur, inferat, juxta L. 64. in fin. de Furt.* vid Sande d. loc. Atque hæc pacta, (proprie sola) successoria dicuntur, & vim postremi judicij seu ultimæ voluntatis obtinent. arg. L. 19. C. de Paet. ac, prout vel de tota hereditate aut ejus quota, vel de re singulati interposita sunt, ita eundem cum *hereditate delata* vel fideicommissis aut legatis effectum habent. Hinc hereditatis, vel rerum ejusmodi pacto comprehensarum dominium & proprietatem, nulla traditione exspectanda, ipso jure transmitti, Gail. d. obs. 126. n. 4. & hereditatis petitionem; vel (si pactum de re singulari est) non *personalem tantum actionem, sed etiam in rem, & forte hypothecariam, competere, congruit, arg. §. 2. in fin. de Legat. l. 1. C. comm. de Legat.* Possessio autem,

tem, non apprehensa, non magis ex hoc pacto, quam (ut supra diximus §. 17.) ex hereditate vel legato ultima voluntate relecto, transire poterit: possessionis tamen continua-  
tio ad usucacionem proderit. Nisi statutis vel moribus loci quicquam horum aliter receptum sit, d. §. 17.

NB. Hanc posteriorem speciem, tanquam invalidam, rejicere quidem videtur Gail. d. obf. 126. n. 6. & 7. at contrarium dixerat n. 3. & posteriorem hanc sententiam ipse restringit n. 8. Sed præterea sibi non constant Gailius, & quos cumulatim concessit DD, dum hæc pacta *in vim donationis inter vivos* valere putant, cum tamen agnoscant, ea tam efficacia esse, ut neque *traditione*, neque *insinuatione* indigeant, neque *ob ingratitudinem revocari* possint; d. loc. n. 4. & 5. quæ donationi non quadrant: & licet hic aliquid ex natura *permutationis* vel *venditionis* mutuari ve-  
lint, tamen nec his convenit quod, re non tradita, domi-  
nium transferri possit. Hoc denique, quod traditio non  
requiratur, in *prima specie* (de qua id assertit Gailius) admit-  
ti non potest; in *posteriori* autem verum est, quia hæc su-  
stinetur in *vim fideicomissi*. Sande d. loc. Idque in specie  
de pactis **confraternitatis principum** egregie te-  
statur illustr. Dn. Coccjus Juris P. prud. cap. 26. §. 4. ubi  
ex his oriri dicit *jus in rem, instar fideicomissi, & quic-  
quid in prejudicium pacti fiat* NB. *ipso jure nullum esse.*

Ex quibus clarum est, quod, cum hæc pacta succes-  
soria instar ultimarum voluntatum valeant, & jure here-  
ditario, citra possessionis translationem dominium ac  
proprietatem rerum conferant, ea *rem afficere* dubitari  
non debeant.

### §. XXI.

[VII.] **F**allit regula DD. in causis legis beneficio pri-  
legiatis: Sic *inter jus Divinum Publicumque &*  
*privatum*

*privata commoda competentem discretionem esse voluit, Justinianus in l. 23, pr. C. de SS. Eccles. & jure singulari hoc tribuit tum ecclesiæ, tum locis ad alimoniam personarum miserabilium (ut pauperum, ægrotorum, senum, viduorum, viduarum, orphanorum, infantum expositorum, vel egenis parentibus natorum, peregrinorum egentium & ægrotorum) comparatis, nec non monasteriis utriusque sexto Clericorum, ut quicquid ipsis donatum, venditum, vel quovis titulo promissum sit, ejus dominium (puta civile, quod hic consistit in jure actionis realis; non naturale. vid. Sect. I.) statim cum ipso pacto transeat, & pro eo persequendo non personalis solum actio; sed penae perpetua vindicatio competit. d. l. 23. §. 1. Idemque est in rebus, quæ publico civitatum juri, seu fisco, ex quo vis contractu acquiruntur. d. l. add. l. 16. de V. S. & ibi Gothofred. item in iis, quæ pro redēctione captivorum dantur. d. l. pr.*

## §. XXII.

**N**ec minus, quoad hanc materiam, privilegiatae sunt alienationes fiscales: nam & in venditionibus rerum fiscalium dominium statim, *citra traditionem*, transfertur; modo pretium solutum sit: secus ac in venditionibus privatorum, ubi & traditio requiritur, & fidem de pretio haberi sufficit. §. 41. de R. D. Atque sic intelligendam putto l. 5. §. 1. ff. de lure fisci & l. 3. C. de Fid. & jur. hastæ fisci. contra Dn. Brunneumannum add. l. C. n. 5. ubi notat eadem requiri ad transferendum dominium in venditione fisci, quæ in privatâ, ut (1.) contractum, (2.) pretii solutionem, (3.) rei traditionem. Verum in neutra lege traditionis ulla significatio sit; sed utraque contrarium manifeste potius arguit vid. dd. II. conf. l. t. C. ne fisc. rem quam vend. evinc. Quin hæc constitutio rationem utilitatis publicæ habet, ut

&amp;

33

& fiscus securus sit, cum præsens solutio pretii fiat. *dd. II.*  
& facilius emtorem inveniat, *arg. l. 8. C. de Remiss. pignor.*  
cum dominii paratissima translatio sit, nulla traditione  
exspectanda.

Unde etiam est quod in alienationibus fiscalibus non  
sola conditio usucapiendi transferatur, sed contractum  
(solutione facta) statim plenissima securitas sequatur; fi-  
sco, neque eodem neque alio, venditionem retractaturo.  
*tot. tit. C. ne fiscus rem neque, si res aliena vendita dona-  
tave fuerit, ut emtor evictioni aut inquietudini ullæ subja-  
ceat, passuro; sed domino usque ad quadriennium repe-  
titionem pretii adversus sedaturo. §. f. I. de Vfucap, quod  
extenditur adhuc in l. 2. C. de commun. rer. alienat, ut pro-  
cedat etiam in rebus, quæ non in solidum fisci sunt, sed  
eius cum privato communes, vid. d. l. Idemque est in  
alienationibus ab Imperatore vel Augusta factis, ubi etiam  
statim cum concessione seu adsignatione dominium trans-  
fertur, & nullum adversus emtores vel donatarios evictio-  
nis judicium datur. *l. 3. C. de Quadrien. præsr.**

His ergo casibus pactum non modo dominium sta-  
tim transfert; sed etiam, posteriori h. §, jus veri domini,  
quod rei alias cohærebat, & adversus quemcunque ejus  
possessorem paratissimam vindicationem tribuebat, mi-  
nuit: & sic, reale jus dando vel admendo, *rem omnino afficit.*

### §. XXIII.

[VIII.] **F**allit hæc regula in casibus, quibus traditio ex  
negotii natura locum habere non potest, sed  
facta intelligitur, quam primum pure promissum est; velut  
in pactis servitutis negativæ constitutivis: quæ exposita vi-  
de *infr. Sect. seq. in fin.*

[IX.] Fallit regula per universam hypothecarum ma-  
teriam, quatenus illæ, nudis pactis constituta, *jus in re tri-*  
buunt,

buunt, & *realem* (auditoriate Legis, ex Edicto Prætoris Servii) actionem producunt: plura circa hanc materiam vide *Sect. seq. §. 7. & seq.* & *inst. Sect. V.*

### §. XXIV.

**S**ubductis ergo his & similibus, regulam à DD. traditam, *Supr. b. Sect. §. 3. in fin. relatam, intra terminos ibi exposta l. 20. C. de Pact.* ita redigimus: **Quoties**, ad effectum dominii vel juris realis transferendi, præter pactum, requiritur possessionis translationis, toties pactum rem non afficit. Atque sic, ut universalitas ejus concidit, ita in contrarium late patens regula exsurgit: **Quoties** pactum possessionem præsupponit, (ut No. I.) vel eam confert, (ut No. II. III. IV. VIII.) vel alias, citra traditionem, (per se, & ex negotii natura, ut No. V. ex moribus, ut No. VI. ex lege, ut No. VII. ex Edicto Prætoris, ut No. IX.) jus actionemque realem tribuit, toties rem afficit. Et super hanc regulam stat inconcussum Dissertationis hujus fundamentum, danturque omnino pacta ipsam rem sufficientia. Quantopere autem Bachovius, dum hoc negat, sibi ipsi contradicat, vid. *Sect. seq. §. 17.*

Atque hac generali delineatione hypothesin nostram contra præjudiciale argumentum afferuisse, exemplisque adstruxisse sufficiat: alia, quæ circa hanc materiam maxime controversa sunt, & specialiora quædam *pactorum ipsam rem sufficientium* exempla, maxime ad No. I. spectantia, commodioribus locis in Sectiones seqq. reservare liceat.

SE-

## SECTIO III.

*De Pacis cum domino rei initis, libero ejus usui  
vel alienationi certam legem dicentibus.*

*Ubi in genere exponitur tota pacti de non alienando adjectaque ei  
hypotheca vel jurisjurandi vis ac natura; nec non universa  
servitum pacto constituantur materia.*

## §. I.

**S**uperiori Sectione materiam hanc per omnes juris in re species duximus, & non modo (1.) *dominium* & (2.) *hereditatem* pacto acquiri; sed (3.) *servitutem* etiam, & (4.) *hypothecam* sola conventione constitui posse vidi- mus: nonnulla etiam (5.) *de pactis reservatioris &c. rem af- ficienibus* praemonuimus. Et priora quidem duo satis ex- fectu videmur; materiam vero *servitutum & pignorum* obiter tantum, ordinis causa, tetigimus; pactorum denique *reservatiorum & resolutiorum* generalia tantum funda- menta jecimus: ceterum, ea quæ circa hæc tria loca, & nonnulla iis affinia, Doctorum controversiis maxime agi- tata sunt, ne tractationis seriem nimis interrumpent, ibi miscere noluimus; sed pleniorum eorum disquisitio- nem in has Sectiones consulto distulimus.

## §. II.

**Q**uam ut ordine magis instituamus, omnia hæc pacta, de quibus in sequentibus acturi sumus, una ac gene- rali appellatione complectimur; quod sint pacta *rem certæ legi vel oneri subjiciencia*: quæ lex seu conditio, utrum perficam tantum obliget, an vero *rei cohæreat* (juxta l.s. C. si mancip. ita fuer. al.) & sic *rem afficiat*, harum Sectioni- num disquisitio erit.

Summae vero carum conventionum divisionem fa- cimus, quod vel ineantur cum domino super re sua quam

retinet; atque sic onus imponant rei alienæ: *de quibus h.*  
*Seçt.*, vel inceantur cum eo, in quem nostram rem transferre volumus, atque adeo conditionem vel onus in alienatione adjiciant rei nostræ. *de quib. Seçt. seqq.* Alteram insuper utriusq; hujus speciei divisionem ponimus, quod, prout dominium continet triplicem facultatem, rei suæ pro lubitu *uendendæ*, *altonandæ* vel *retinendæ*; ita hæc pæcta vel libero *usui* rei, vel *alienationi* ejus, vel *retentioni* legem dicant.  
 NB. In hac autem Sectione principaliter tantum querimus de pæctis cum ipso domino circa rei suæ usum vel alienationem initis. Et primo quidem, tam in hac, quam in seq.  
*Seçt.* excutiemus ea pæcta, quæ *alienationem* istiusmodi rerum concernunt; quippe quibus perspectis, illa, quæ *usum &c.* earum moderantur, facilius expediri poterunt.

### §. III.

**A**Stoleum & operam perdere videmur, disquisituri, an pæcta ea, quibus libertas domini re sua pro lubitu intendi alienandive restringitur vel tollitur, *rem affiant;* cum exstet expressa lex *61. ff. de Pact.* Neminem pacificendo efficere posse, ne sibi locum suum dedicare liceat: aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat: aut ne vicino invito praedium alienet. Sane hæc lex intentioni nostra in terminis contradicere, & ejusmodi pæcta, tanquam jure impossibilia, simpliciter reprobare, questionemque adeo, *an rem affiant?* prorsus inanem arguere, videtur. Respondent DD. Pomponium in d. l. agere tantum de una specie ejusmodi pæctorum, scilicet eorum, *que cum ipso domino super rei sue usu &c. inenuntur,* & sic apponuntur rei alienæ, ut §. preced. distinximus. Atque hæc quidem per d. l. in utilia esse concludunt. Alteram vero speciem eorum pæctorum, *qua rei nostræ alienationi adjiciuntur*, hac lege non prohiberi; sed propter *l. 48. ff. de Pact.* salvam manere volunt:

37

volunt: & sic conciliant d. l. pen. de Paet. cum l. f. C.  
de Paet. inter emt. Ita sentit Franc. Raguelius Comment.  
ad decis. Iustin. ad d. l. f. Perez, in C. tit. de Reb. alien. non  
alienand. n. 8. & tit. de Paet. inter emt. n. 29. & complures  
alii ab his allegati. Evidem verum est, verba d. l. 61. de  
priori tantum specie concepta videri: enimvero, de poste-  
riori quoque non minus dubitatum inter Veteres fuisse,  
argumento est l. ult. C. de Paet. inter emt. ibi: *Licet hoc  
apud veteres dubitatur.*

Rectius itaque dicturi videmur, veteres quosdam  
Prudentes utramque hanc pactorum speciem, *saltem quo-*  
*ad effectum rei afficienda*, improbase: Sic [I.] priorem  
rejecerunt in d. l. 61. de Paet. quia Naturæ dominii & LLbus  
repugnare videretur, cum proprium sit domini de rebus  
suis statuere quid velit; unde *rерum suarum moderator*  
& *arbiter* dicatur l. 21. C. mandati. vid. Perez, in C. tit. de  
Reb. alien. non alien. n. 8. ubi hanc sententiam propugnare  
nititur; sed rationes ejus refutatas vid. Sect. sequent. §. 19.  
[II.] De posteriori etiam dubitarunt, arg. d. l. f. C. de Paet.  
inter emt. quin eam reprobarent in l. 11. ff. de Relig. vid. su-  
per h. lege §. seq. prope fin. quia is in quem res jure domi-  
ni transfertur, similiter liberrimus ejus dispensator effice-  
retur: cui contradicere putarunt, ut esset in venditoris vel  
alius alienatoris potestate, qualiter novus dominus de re  
sua disponat.

N.B. In utraque specie negantium, vel dubitantium  
conclusio ea fuit, ut pacta haec, ad impediendum id, quod  
in contrarium factum esset, non valerent; ut vero perso-  
nalem obligationem, tanquam ex promissione facti, inde  
nasci negarint, credi non potest, propter l. 13. §. f. de Re  
judic. & simil. vid. Sect. seq. §. 7. f.

His consequenter prioris quidem speciei decisio, ob

rationem Civilem, mutata non est: vid. §. seq. *limitata*  
 tamen est in l. 7. §. f. de *Distract. pign.* vid. *infr. §. 8.* idque  
 ob rationem Naturalem. vid. *Sect. seq. §. 19.* In altera vero  
 specie contraria ratio prorsus prævaluuit, & Naturali æquita-  
 ti convenientius judicatum fuit, ut unusquisque rei suæ  
 alienationi possit legem dicere, quam velit l. 48. ff. de *Pact.*  
*l. 8. C. de Pact. int. emt.* (modo rei subiecta natura eam le-  
 gem recipiat arg. l. 4. comm. *prædior.*) Hanc igitur sen-  
 tentiam, sublata Veterum dubitatione, confirmavit Ju-  
 stinianus expressa l. ult. *C. de Pact. int. emt.* verb. *Sanc-*  
*m̄is,* licet hoc apud veteres dubitatur, tale pactum ex nostra  
 lege esse sovendum, & immutatum permanere. Atque  
 hæc una est ex L. novis decisionibus, per quam legi con-  
 trariæ derogatum est. Cujac. ad d. tit. *C. de Pact. int. emt.*  
*in fin.* & complures alii, quos allegat Sande *tr. de Prohib.*  
*alienat. part. 4. c. 2. n. 13. in fin.* Et sic remota quæstione  
 præjudiciali, an *hæc pacta omnino valeant?* quatenus ea  
 rem affiant in seqq. disquiremus.

## §. IV.

**P**Actum itaque initium cum domino, ne is rem suam alie-  
 net, rem non afficit. d. l. 61. de *pact.* Nec omnino valet,  
 nisi pacientis inter sit. arg. l. 15. pr. de *servit.* l. 38. §. 17. de  
*V. O.* Cum enim commercia rerum sine ulla causa impe-  
 diat, tanquam contra utilitatem publicam initium, sustineri  
 non potest. vid. Perez. in *C. tit. de condic.* ob *caus. dist.*  
*verb. Incivile.* Quod adeo verum est, ut ex ejusmodi con-  
 ventione, quantumvis stipulatione vallatâ, ne personalis  
 quidem actio nascatur; cum stipulationes ad hoc compa-  
 ratæ sint, ut quisque acquirat, quod sua interest. d. l. 38. §. 17.  
*de V. O.* Si tamen poena stipulatione adjecta sit, haec tenus  
 valet, ut poena committatur: quia in stipulatione poenali  
 non inspicitur quid inter sit, sed quid stipulatum sit. d. l. 38.

§. 17.

§. 17. Et de hac *stipulatione pœnali* intelligenda est l. 11. ff.  
de religios. ut eam interpretatur Cujacius ap. Sandium d. l.  
c. 2. n. 1. At si *intersit pacientis*, pactum hoc valet, & si  
adjectum contractui b. f. ex. gr. locationi conductioni,  
vel stipulatione vallatum est, producit actionem ex ipso  
contractu vel ex stipulatu, in id quod interest. l. 75. de contr.  
emt. l. 21. §. 4. de aet. emti l. 13. §. f. de re jud. l. 72. pr.  
de V. O. vid. etiam l. 135. §. 3. cod.

## §. V.

**Q**uodsi autem conventioni de non alienando adjecta sit  
*hypotheca*, ea, an, quod inutile foret pactum, utile fa-  
ciat, anverem prorsus afficiat & alienationem ejus impediat?  
ingens controversia est. Et refert Sande d. tr. de prohib.  
rer. alienat. part. 4. c. 2. n. 3. eam ex traditione D.D. hoc ope-  
rari, ne dominus istius rei dominium in alium transferre pos-  
sit, per l. 7. §. f. de distract. pign. quasi qui ita pactus vel stipu-  
latus est, ne res alienetur, ob hypothecam conventioni apposita-  
tam, cœperit habere jus aliquod reale, cuius major sit potestas  
ad rem afficiendam, quam cuiuslibet juris personalis. Quam  
sententiam licet ipse juris ratione destitui afferat; parum ta-  
men distincte, nec satis accurate id evincit: quin totam hanc  
quæstionem cum heterogenea alia, de qua *infra*. §. 8. per-  
peram confundit.

## §. VI.

**N**Os item in compendium mitti, & utramque hanc  
quæstionem facili negotio definiri posse credimus, si  
distinguamus: primo, utrum pacientis intersit rem non  
alienari, an contra? deinde, utrum simpliciter tantum inter-  
sit, an in specie propter jus pignoris, quod paciens in ea re  
jam antea habuit, cuiusque conservandi causa rem non aliena-  
ri pactus est. Et sic ex tribus distinctis casibus (prout  
seil, vel non interest pacientis; vel interest; vel interest

pro-

propter præcedentem hypothecam) tres quoque distinctæ fluunt decisiones. Hinc [I.] *si pacifcentis nil interest, rem non alienari pactum non valet*, & proinde hypotheca quoque frusta adjicitur. *arg. l. 178, de R. 7.* quin hæc supponit præcedens debitum, *l. s. pr. de pign.* quod hic, cessante stipulantis interest & promittentis obligatione, nullum subest.

### §. VII.

**C**ontra [II.] *si interest pacifcentis, rem non alienari, hypothecæ adjectio valet simpliciter*, ut quævis pignoris constitutio, scil. in securitatem ejus, quod ipsius interest, seu ut indemnisservetur. Quod pactum hypothecæ, quamquam *jus in re actionesque reales tribuat*, & sic suo modo *rem afficiat*, vid. *supr. sect. præc. §. 23.* ut tamen dominii translatio impediatur, efficere non potest. Jus enim pignoris, quod consequitur creditor, à jure dominii plane diversum est, nec impedit, quominus debitor vere & plene maneat dominus; atque sic rem pignori obligatam vendere nihilominus, aut quoconque titulo in alium transferre, (*cum onere tamen, & salvo jure creditoris,*) possit. *l. 2. ff. de pign. l. 9. C. eod. l. 12. C. de distfr. pign. l. 18. §. 2. de pign. act. l. 10. C. de remiss. pign. l. un. C. rem alien. gerent.* Neque in hoc solum impingit relata ex Sandio Doctorum sententia; sed & hypothecæ adjectæ plus tribuit, quam fuit in negotio principali, quod cum notissima obligationum accessoriarum natura stare non potest: de quo fusius *Sect. seq. §. 18.* Nec quicquam ipsis præsidii est in ea, quam invocant, *l. 7. §. f. de distfr. pign.* quippe quæ de alio plane, quem mox videbimus, casu concepra, in hanc sententiam distorqueri neutiquam potest.

### §. VIII.

**D**enique [III.] *si pacifcens jam antea rem sibi oppignoratam habuerit, & propter hanc securitatem conservandam*

( 41 )

vandam paciscatur, ne liceat debitori hypothecam vendere, an hoc pactum adeo rem afficiat, ut dominii quoque translationem impeditre valeat magna inter DD. contentio est. vid. quos all. Sande d. l. n. 7. ad ii. Atque hic est casus, qui deciditur in d. l. 7. §. f. de diſtr. pign. Interim, licet maxima inter hunc & præcedentem casum diversitatis ratio intercedat, attento, quod illic hypotheca pacto demum perfecto adjiciatur; hic vero præexistenti, propter aliud præcedens debitum, hypothecæ pactum superaddatur: illic intersit propter quamcunque causam seu obligationem personalem; hic in specie propter hypothecam seu *jus in re*: illic pacti causa per hypothecam; hic hypothecæ causa per pactum melior reddatur: seu quod illic agatur, ut pacto per hypothecam securitas queratur; hic vero, ut securitati, quæ jam est, alia, quæ res inalienabilis fiat addatur, ne scil. pignus in litigiosum vel potentiores transferatur vel alias difficultiores eius persecutio reddatur: hoc tamen omni posthabito, Sandius d. loc. confusam utramque hanc quæstionem una responsive rejicit. Nos rem altius indagare hic supercedemus, & pleniorum ejus disquisitionem in Sect. V. ubi de pactis pignorum acturi sumus, differimus.

### §. IX.

**H**Is de hypotheca adjecta quæstionibus affinis est ea, quæ de pacto ejusmodi jurato agitata multum inter DD. controversia est: aliis, interposito jurejurando dominii translationem impeditri contendentibus; aliis id negantibus: ut cumulatim eos congescit Sfortia Oddus tr. de prohibit. alien. tom. 1. quæst. 12. art. 13. n. 214. & Mantica de tac. & amb. convent. vol. 1. lib. 4. tit. 30. n. 19. & seqq. & tit. 32. n. 80. & seqq. Cui controversiae rectius dijudicandæ apta iterum est distinctio *supr.* §. 6. tradita. Et [I.] de jure quidem Civ. pactum cum domino de re sua non alienanda

F

initum,



initum, si pacifcentis non interfit, neque valere, *supr.* §. 4. neque juramento desuper adjecto confirmari, constat, propter l. 178. de R. f. & l. 7 §. 16. ff. de Paet. l. 5. in fin. C. de LL. De jure Canon. autem & moribus valet, acjurantem efficaciter obligat c. 28. X. de jurejur. c. 2. de Paet. in 6. quippe quo jure prohibitio legis civilis non attenditur, sed aetius propter eam non subsistentes jurejurando confirmantur. *Mantica d. vol. 2. lib. 14. tit. 28. n. 53.* Quamvis nonnulli DD. acute in contrarium disputent, quos vid. ap. Gonzalez. in *decretal.* tom. 2. part. 3. tit. de jurejur. c. 8. n. 5. qui eodem jure Canon. ex hoc & omni juramento promissorio non implorationem tantum officii judicis competere, sed actionem quoque (secus a jure Civ.) dari contendit *ibid. c. 1. n. 5.* Conf. tamen. *Mantic. d. vol. 2. L. 24. T. 5. n. 38. & seqq.* Ut adeo jure Canon. & hodierno promissorio ex ejusmodi juramento, re saltem integra, ad id praecise servandum possit compelli. propter d.c. 28. X. *jurejur. add. Mantic. d. vol. 2. L. 14. T. 12. num. 21. & tit. 22. nu. 4. 5. 6. & 11.* quod neque ex solo pacto, neque, jure civ; ex juramento quoque adjecto procedebat: quippe quo jure obligationi naturali accedens *jusjurandum* actionem non parit. *ad loc.* Adeoque hoc & similibus casibus, contra regulam plurimorum DD. ex jurejurando novus oritur effectus, novaque inducitur obligatio, qua in negotio principal, cui adiectum est, non fuit. Et sic pactum hoc juratum, suo sensu dici potest *rem afficere*, si scilicet id *anquid* intelligas, pro ea qualitate, qua tali legi subjecta res est, ut pacifcens, si praeviderit dominum esse alienaturum, inhibere eum praecise possit.

### §. X.

**S**i vero [II.] pacifcentis interfit rem non alienari, juramentum pacto, per se valido, majus robur majoremque vim obligandi etiam in conscientia addit. At vero, utcunque jura-

juramentum, quod sine dispensio æternæ salutis servari potest, servandum sit. c. 28. X. de jurejur. & promittens, re integræ, ad id præcise compelli possit; ut modo vidimus. quod si tamen contra juramentum venerit, & alienando vinculum religionis, quo continebatur obligatio, ruperit, is quidem perjurio se obstringit; ut vero res maneat affecta & per alienationem hanc facta dominii translatio virtute jurisjurandi impediatur, nisi illud plane proidolo colere volueris, nunquam inde effeceris.

Quo super articulo quæ varia inter DD. disputatio est, eam in compendium redigi, & ad hanc summam quæstionem, *an actus contra juramentum susceptus valeat?* revocari posse arbitramur. Et constat, non obstante juramento, actum regulariter valere; eum vero, qui fecit, in perjurium incidere. *Glossa c. ult. verb. revocatus de procur.* L. 6. quam communiter receptam & complurium DD. auctoritatibus stabilitam tradit Mantica d. V. 1. L. 4. T. 32. n. 19. & ita in curia Romana per majora decisum esse eleganter refert Crescentius *decis. rotæ Rom. tit. de jurejur. decis. 3. num. 1. pag. 63.* At, si certandum auctoritatibus & præjudiciis sit, res exitum non invenerit; cum alii, *quod contra juramentum factum est, pro non facto haberi contendant,* similiter per *Glossam in c. ult. de jurejur.* L. 6. camque communiter item receptam, quin præjudicio Bartoli firmatam magis communem esse velint, quos vid, apud Mant. d. l. num. 83. & Crescent. d. decis.

### §. XI.

**E**NIMVERO, si in tanta dissensione DD. communem contra communem allegantium, standum juri & rationibus est, vel hoc solum evincendæ alteri sententia sufficerit, *quod juramentum non mutet naturam actus, super quo interponitur, nec augeat obligationem; sed recipiat formam, qualitates*

litates conditionesque, quas actus habet. arg. l. f. C. de non  
num. pec. vid. Brunn. ad h. l. n. 6. & seqq. Struv. exerc. 17.  
th. 22. Atque hanc naturam communem habet juramen-  
tum cum stipulatione aliisque obligationibus adjectitiis  
seu accessoriis, veluti pignore, vid. Brunn. ad l. 16. C. de  
pign. fidejussione l. 8. §. 7. de fidejussor. quia & haec firmandi  
actus seu cautionis & securitatis causa adhibentur. Unde,  
quemadmodum in stipulationem non plus censetur deduc-  
tum, quam ex causa præcedente, vel naturâ negotii fuerat  
debitum, l. 2. §. 3. de doli mali exc. l. 4. de usur. l. 43. pr. de  
damno in insin. Gothof. ad h. l. lit. p. sic quoque juramento non  
plus intelligitur comprehensum, quam in natura actus, cui  
adjicitur, fuerat contentum. Juramentum enim per se non  
continet dispositionem; sed eam, quae præcessit, tantum  
confirmat: pacto autem hoc de non alienando, si aliena-  
tum fuerit, non impeditur dominii translatio; sed oritur in-  
deactio ad id, quod intereft, alienatum non fuisse; per texus  
supr. §. 4. alleg. Ergo nec ex juramento adjecto impediri  
ea; sed ad interessus tantum agi potest.

## §. XII.

**N**Eque movet quod objiciunt DD. *juramento induci ob-  
ligationem ad id, quod promissum est præcisè servandum;*  
proindeque eum, qui promisit, se non alienaturum, non  
posse omnino alienare, & se, præstando interessu, à vinculo  
jusjurandi liberare; quippe quo adstringente ad factum  
præcisè potest compelli. ut supr. §. 9. vidimus. Quod enim  
promittens præcisè ad non alienandum possit compelli, ejus  
unica ratio est *religio jurisjurandi & favor eterna salutis,*  
cui, eo non servato, periculum imminere posset. Hujus  
autem avertendi causa judex, ut promisso præcisè stetur,  
prospicere debet; qui proinde si, re integra, imploretur,  
actum contrarium prohibere potest. Atque hoc est quod  
supr.

*supr. §. 9.* jam prospexit & haec tenus juramentum augere naturam actus, cui adjicitur, diximus. Quod si autem, post habita hac jurisjurandi religione, contrario actu consilio violatum est pactum, res integra esse desit, & tota haec ratio cessat. Hinc, qui pactus de non alienando, insuper juravit, si nihilominus alienaverit, quantum saltem in se est, rupta jurisjurandi religione, periculum aeternae salutis jam subiit & perjurus factus est; proindeque quod favore ejus avertendi introductum erat, locum amplius habere non potest. Præterea, quod propter iusjurandum præcise quis posse compelli ad factum, id naturali recipit interpretationem, si facere potest: factum autem omissum facilius præstari, quam contra promissionem commissum mutari potest. Et sic qui alienavit, non potest facere, ne alienatum sit; nec proinde ad factum præcise compelli.

An ergo, inquires,rupto hoc jurisjurandi vinculo, nullam obligationem, quæ perjurum teneat, superesse dicemus? Sane in casu *d. §. 9.* ubi actus cui iusjurandum adjicitur per se non subsistit, ita evenit: At ubi negotium per se validum subest, præstatio, quæ ex illius natura fluit, in locum ejus, quod re *integra* ex adjecto jurejurando peti poterat, subit, *per §. præ.* Ceterum, quis in aliis negotiis iuramenti adiecti effectus sit, & quod faciat actum valere omni meliore modo, quo potest, ea prolixior tractatio est, & hoc non pertinet.

### §. XIII.

AT nondum satisfecisse videmur ei, quod maxime urgent DD. ita jurato promittentem non posse omnino alienare; sed ipso jure impediri: quod adstruunt per *l. 4i. c. de transact.* ubi in transactionis jurata fidem fallentes poena statuitur, quod non solum infamia notari, verum actione quoque privari, & poenam promissam solvere; quia

etiam proprietate rerum & emolumento, quod ex transactione consecuti sunt, carere debeant. Cujus legis dispositio-  
nem non in transactione solum, sed etiam in omnibus con-  
tractibus seu pactis juratis, locum habere volunt, vid. Brunn.  
ad h. l. n. 4. & 5. Ethinc deducunt, quod, siquidem contra  
pactum juratum veniens proprietate rerum exutus sit, plus  
juris, quam ipse habet, in alium transferre non possit: in-  
deque alienationem ipso jure impeditam nullamque esse  
concludunt.

#### §. XIV.

**R**espondemus autem, primo simpliciter negando, eum,  
qui ita pactus est, alienare non posse. Lex enim non  
resistit, quominus non obstante hoc pacto alienet; sed  
ad id tantum, quod interest, eum obligat, *supr. §. 4.*  
quemadmodum autem juramentum hanc naturam pacti  
principalis mutare non possit, modo evicimus. Secus  
autem hoc est in *transactione*, quippe cuius natura est,  
ut praecise servari debeat, *l. 39. 40. C. de Transact.* utque  
non minorem auctoritatem, quam res judicata habeat.  
*l. 20 C. eod.*

Deinde ad oppositam *l. 41. C. de Transact.* responderi  
potest, (1.) quod multi DD. contendant eam non servari,  
poenasque has nimis duras in praxi non frequentari, quos  
vid, apud Peretz. *C. b. t. n. 23. in fin.* & Brunnem, *ad h. l. n.*  
*13. & 14.* (2.) Quod DD. complures legis hujus disposi-  
tionem in sola saltem transactione locum habere rectius  
existimant; quia, tanquam odiosa & poenam nimis gra-  
vem continens, restringenda potius quam extendenda est.  
Fachin. *controv. L. 1. c. 11. & L. 12. c. 47.* Peretz. *d. l.* Nec  
obstat in d.l. generalitas vocis *pacti*: Resp. enim hoc intelli-  
gendum de *Pactis transactioni insertis*, quæ naturam trans-  
actionis habent. *arg. l. 2. ff. de Transact.* (3.) Sive autem  
legis

legis h. dispositio ad alia quædam negotia extendi possit,  
 sive non , huic certe pacto adaptari hanc *amittende proprietatis* poenam non posse , constat : (a.) Quia paeti hujus & Transactionis diversissima natura est , quod hæc servanda omnino sit , secus ac illud , (ut modo vidimus;) ubi autem lex alienationem pacifice non prohibet , ibi nec in alienantem poenam statuere , & multo minus , *alienaturo proprietatem rerum admendo* , translationem dominii impedire intelligitur . (b.) Quia non idem paeti hujus & transactionis favor est : illud enim liberum dominii usum & commercia rerum restringens odiosum adeo est , ut Pomponius in l. 61. ff. de Paet. id reprobandum fere crediderit ; transactio contraria lites è Republ. tollit , quas cum resuscitari non oporteat , causa ejus maxime favorabilis est l. 4. C. de Paet. l. 16. C. de Transact. Præterea (c.) sequeretur ex hac DD. sententia , quod quemadmodum rei proprietas , contra transactionem venienti ademta , eam servantis commmodo deputatur in d. l. 41. ita quoque res alienari prohibita , si contra fiat , pacifcentis lucro cedere , & is cum alterius injurya locupletior fieri deberet , quod sane inconveniens maxime foret . Id enim paustum est , ut res maneat domini ; & tamen fieret alterius : non vero actum est , ut pacto non servato res pacifcenti cederet ; & tamen cederet : quæ nec juri nec rationi congruerent . Denique (d.) si vel maxime fidem fallens huic poenæ subjaceret , ea tamen in præjudicium tertii , qui rem à domino justo titulo acquisivit , distorqueri neutiquam posset : quæ vel sola ratio totius oppositionis peremptoria est . Neque adeo in ipsa transactione hoc procederet , si res post eam violatam ab uno vendita sit , antequam alter dominium ejus sibi addici petierit , ut recte sentit Tiraquellus , ut eum allegat Goth. ad d. l. 41. lit. C. quamvis hoc casu alter pretium

pro

pro re acceptum petere possit, ut inferendum videtur ex  
verbis d. l. 41. & emolumento quod ex pactione. &c.

### §. XV.

**A**Tque sic, sublato omni, ut credimus, dubio, pactum ejusmodi juratum, in hoc casu II. si pacifcentis similičiter interfit, rem non afficere, nec dominii translationem impedire posse, constat. Secus autem hoc est in III. casu, si pacifcentis jam antea rem pignori obligatam habeat, & propter id jurata pactio fiat, ne ea res alienetur: cum enim hoc casu simplex pactum de non alienando eius efficaciæ sit, ut dominii translationem impedire valeat, per l. 7. §. f. de Disfr. pign. accidente desuper jurisjurandi religione dubitari id neutiquam potest.

Prolixius forte, quam pro modo Disputationis hæc de partibus juratis tractata sunt: verum quoniam ad omnia sere, quæ per totam hanc Dissertationem tractamus pâta ipsam rem afficiuntia, similes circa jurisjurandi adjectiōnem formari possunt quæstiones, materiam hanc, loco isthac maxime commodo, semel integrum proponere, dubiaque simul omnia removere, quam locis dispersam mutilatamque per partes tradere malui. Quod ut ad intellectum facilius, ita ad ordinem brevitatemque commodius est, cum in seqq. quoties hæc materia inciderit, recurri huc possit.

### §. XVI.

**C**ETERUM excusâ satis pactorum, dominis rei suæ alienationem prohibentium, naturâ; quid nomine alienationis continetur, & si qua huc spectant alia, commodiori loco in Sect. seq. reservamus: nunc ad alterum sectiōnis hujus (ut eam supr. §. 2. dispescuimus) membrum prodigemur: visuri, an & quatenus ea pacta, quæ dominos liberò rei sue, vel juris circa eam, usū prohibent, rem quoque afficiant. Atque hic in primis se aperit tota servitutum materia, quatenus eæ pactis quoque & stipulationibus constitui dicuntur §. 4. I. b. p. Et servitutem quidem tan-

anquam juris in re speciem, jus reale actionesque reales parere, & sic rem omnino afficere, notissimi juris est: utrum autem illius constitutio ex virtute solius pacti seu stipulationis, an vero ex alio demum concurrente actu procedat? questionis est.

### §. XVII.

**E**Quidem Bachovius *Comment. in Institut. ad tit. de Servit.* §. f. n. 1. in ea opinione est, ut credat, nudis pactis & promissionibus solis servitutes prædiales plene perfecteque constitui, atque acquiri citra ullam traditionem; proindeque statim ut in conventionem deductæ sunt, actionem in rem competere, propter §. f. 1. b. t. & arg. l. 4. ff. eod. Verum hanc ejus hæresin, tanquam à ratione & auctoritate juris maxime abhorrentem, recenset, & lubricum legis, quo seductus est, accurate explicat docteque adeo refellit Vinnius *ad d. §. f. 1. de Servit.* ut eo prolixius hic exagitando supersedere posse videamur. Illud tamen omittendum non est, eundem Bachovium *tr. de Act. disput. 4. th. 19. §. Non tempero mihi:* generaliter negare, pacto rem affici posse: quod quo confidentius ibi suppositum, eo hic crassius erratum est. Si enim servitutes prædiales solis pactis plene perfecteque constitui possunt, *omnia hæc pacta rem afficere*, consequens est: quæ, ut stare simul possint, non video. *Conf. d. tr. de Act. disp. 2. thes. 21.* ubi fatetur, se hos scrupulos haec tenus vix extricasse & d. l. 4. ff. *de Servit.* in transversum impulsum esse: ceterum sententiæ & rationibus vacillat & Tribonianum potius hic aliquid turbasse, quam se errasse videri mavult.

### §. XVIII.

**Q**Uod igitur servitus rem afficit, illud non est ex vi solius stipulationis seu pacti, quo ea promittitur; quippe quod, per se consideratum, personalem tantum actionem

G

ad

ad eam plenius constituendam producit. l. 136. §. 1. de V.O.  
 Capollār. de S. V. P. c. 12. nu. 3. & cap. 21. nu. 1. Ut vero  
 plene perfecteque constituta servitus & jus reale acquisitum  
 sit, regulariter requiritur, ut quædam insuper ejus quasi  
 traditio fiat arg. l. 20. C. de Paēt. l. 3 ff. de O. & A. per usum  
 scilicet à parte acquirentis, & patientiam à parte consti-  
 tuentis, quæ in iuribus, ut rebus incorporalibus, acqui-  
 rendis vice traditionis sunt. l. 1. in fin. de S. P. R. l. 43. de A.  
 R. D. l. 11. §. 1. de Publ. in rem act. l. 3. pr. de Vnsfr. l. 3. §. 2.  
 de Act. emti.

## §. XIX.

**A**T si traditione demum non sola pactione, jus servitu-  
 tis acquiritur, quid dicendum de servitutibus *negati-  
 viis*? qua in eo consunt, ut dominus aliquid non faciat  
 in suo. Sane ejusmodi jura per usum & patientiam consti-  
 tui non possunt: & minus accurate dicit Struvius ex. 13.  
 lib. 37. ea constitui *intermissione ejus, quod alias facere pos-  
 sumus*. Nam qui v. gr. ades suas altius non tollit, vel lu-  
 minibus prospectuive alterius non officit, non potest cen-  
 seri per id vicino servitutem constituisse vel quasi tradidisse;  
 cum jure libertatis intermittere hoc potuerit: hinc,  
 sicut in hoc fingi non potest aliqua *patientia*, qua noce-  
 re ei possit, cum prohibere nil potuerit; ita nec in altero  
 concipi potest aliquis servitutis *usus* qui prodeesse ipsi que-  
 at, cum non utatur, nisi jure suo prospiciendi vel lumine  
 fruendi tamdiu, donec vicinus prospectui officiat vel  
 altius tollat.

Et hæ rationes movisse videntur Vinnium ad d. §. f.  
 I. de Serv. n. 2. ut *cessione*, olim in alienatione rerum in-  
 corporalium frequentatas, in his speciebus necessarias fuis-  
 se statuat. Sed per rō *cedere* (saltem in ll. ab ipso allega-  
 tis) actum aliquem traditioni consimilem, vel qui instar  
 ejus

¶ ( si ) ¶

eius sit, significari non video. Ponitur enim simpliciter pro concedere, seu permettere ut liceat: & haec promiscue usurpantur in leg. 14. 20. 21. 33. de S. P. R. & passim per omnem servitutum materiam. Vinnius autem ejusmodi traditiones, per inductionem in fundum servum & cessionem, expediri a veteribus solutas fuisse censet *ibid.* & n. 5. *in fin.* Quod etsi verum sit, non tamen sat liquido inde deducitur, servitutem nullam absque ejusmodi aliqua solennitate, etiam inter veteres, constitui potuisse, ut innuit Vinn. d. n. 2. Constat præterea, *inductionem in fundum rerum corporalium immobilium traditioni magis convenire*, & pro earum possessione transferenda introductam esse. l. 3. §. 1. de *Acquir. poss.* Nec obstat, quod ususfructus videatur constitutus, quando usufructuarius inducitur in fundum. l. 3. pr. de *V/serfr.* Resp. enim, per hunc actum non tam tradi usumfructum, quam fundum, in quo ususfructus est concessus. Namque, ut utifruji possimus, ipso rei corpore actu posse opus est; idemque est in reliquis servitutibus personalibus: secus vero in realibus. Atque hinc est, quod usufructuarius ex ejusmodi inductione non tantum jus ususfructus habeat; sed ipsum etiam fundum possideat; l. 12. pr. l. 49. pr. de *Acquir. poss.* quamvis *civilius* non sibi, sed proprietario possideat. l. 1. §. 8. l. 52. pr. d. 2. quod secus est in aliis servitutibus, ubi nulla rei, sed sola juris possessio traditur, l. 6. §. 1. si *servit. vind.* & sic inductio in fundum non æquic convenienter adhibetur.

## §. XX.

Ceterum, licet haec solennitates olim frequentata fuerint, & hodieque, nonnullarum provinciarum moribus, similes ritus recepti sint, de quibus vid. Dessel. in addit. ad Zoës. in I. d. §. f. de *Servit.* ad n. II. *in fin.* & Sande

tr. de Effectuatione c. 1. jure tamen communi, (salem in  
hac specie,) ejusmodi quid cautum non appetat. Ut pro-  
inde cum Lauterbachio tit. de Serv. pag. 134. post med. sta-  
tui posse videatur, *negativas servitutes constitutas videri*,  
*quamprimum pure promisse sunt.* Quod ipsum innuere  
videtur Struvius d. ex. 13. th. 36. ubi dicit: *Promissio in ne-*  
*gativis coincidit tempore cum constitutione: quamvis thes.*  
*seq. constitutionem minus recte explicet per intermissionem*  
*eius, quod alias facere possumus, ut supra ostendi-*  
*mus. Et sic appetat, haec pacta servitutis negativae con-*  
*stitutiva rem afficere, & hinc competentia juris remedia pa-*  
*rere, vid. in hanc rem l. 6. §. 1. si servit. vind. conf. Bach.*  
tr. de Aet. d. diff. 2. th. 21. Atque haec de pactis rei alienæ  
adjectis, libertatemque dominii restringentibus sufficient.

## SECTIO IV.

*De Paclis rei nostræ alienationi adjectis, usui*  
*earum vel ulteriori alienationi certam legem dicentibus,*  
*aliisque nonnullis reservativis & resoluti-*  
*vis rem afficientibus.*

### §. I.

**P**ostquam præcedenti Sectione excusimus pacta cum  
ipso domino circa rei suæ usum vel alienationem ini-  
ta, quæque ex iis, & quomodo, rem affiant definitiv-  
imus; nunc ordinis ratio (juxta §. 2. Sec. præc. inita) nos  
deducit ad pacta rei nostræ alienationi adjecta, usui earum  
vel ulteriori alienationi certam legem dicentia, nonnulla  
laque his affinia: quæ, an, & qualiter rem affiant, hac  
Sectione despiciemus.

Et Veterum quidem super his pactis dubitationes, à  
Justiniano decisas, supr. sect. præc. §. 3. tetigimus. Huic  
nunc

nunc proxima est palmaria inter DD. quæstiō: ad quem igitur effectum, hæc species pactorum domini libertatem restrinquentium, ab Imperatore confirmata intelligi debeat? scil. an rem afficiat, an in personam tantum actionem tribuat? Quia de re adeo inter eos non convenit, ut Glossa in l. 3. C. de contract. ob caus. dator. & ibid. Cynus in specie super pacto rei suæ alienationi adjecto ne novus dominus eam rursum alienet, tres diversas Interpretum juris referat sententias.

## §. II.

**PRIMA** est Martini, Rogerii & Jac. de Rav. qui legishū-jus, rei suæ, in alienatione ejus, dictæ, eam statuunt esse efficaciam, ut impedit valeat, ne res alienari cum effectu possit: & sic pactum hoc rem afficere involvunt. Hos ex recentioribus sequuntur Ludov. Charond. lib. 7. resp. 197. & in memorab. verb. Condition. Steph. Forcatul. in Cupid. juris perito c. 13. n. 5. Gerard. Maynard. lib. 4. decis. Tholos. 9. Ant. Faber. decad. 87. error. 5. 6. 7. Ant Merenda lib. 1. controv. juris, cap. 31. & quos hi allegant.

**SECUNDA** est Johannis & Azonis, qui dominium quidem rei, non obstante pacto, transferri; sed actionem personalem ad interest vel estimationem produci, affirmant: & sic pactum hoc rem afficere negant. Horum sententiam tenent Tiraquellus de retract. conv. §. 1. gl. 7. Cujacius, Pacius, Donellus, Gifanius ad l. 3. C. de contract. ob caus. dator. Duarenus in l. 135. §. 3. ff. de V. O. Mantica de tac. & amb. conv. Vol. 1. lib. 4. tit. 30. Fachineus controv. jur. lib. 12. cap. 28. Perez in C. tit. de reb. alien. non alienand. num. 8. Georg. Louët en son Recueil des arrests notab. lit. S. n. 9. Franc. Caldas lib. 1. quest. forens. qu. 23. n. 2. Nic. Valla dñeb. dub. tract. 20. Joh. Deckerus lib. 1. decis. Belgic. dissertat. 1. num. 48. & DD. apud Hier. Cævallos commun. contr. comm. qu. 673. Variashujus

sententiae limitationes recensitas examinatasque vid. *infr. §. 17. & 18.*

TER TIA, inter priorem utramque media, est Bulgari, distinguenter utrum hoc pactum in tradendo, an in *contrahendo* fuerit adjectum; & priori quidem casu dominii translationem impediri, posteriori vero personalem tantum actionem produci putantis. vid. *Azon. Summa in C. tit. de reb. alien. non alienand. n. 10. Bachov. tr. de action. disp. 4. th. 19.* Adhanc sententiam responsum vid. *infr. §. 16.*

### §. III.

**E**X his tribus diversis inter se sententiis sua quidem cuiusvis suppetit ratio; quae vero earum jure potior, quæve praxi receptior sit, magna inter modernos in omni jure consultissimos Viros dissensio est: plerisque tamen secundam præferentibus, videlicet suo quemvis ævo Cynum & Bachov. d. loc. Dn. Struv. S. J. C. ex. 23. th. 28. Dn. Stryk, de caut. contr. scđt. i. cap. 3. §. 32. Dn. Berger, resolut. LL. obſt. ex Lauterb. tit. de pac̄. qu. 6. In hac autem controversia recte dijudicanda duplex primum quæſtio fecernendā est, quam ut DD. male confundunt; ita in toto re nihil recte decidere possunt.

PRIMA est de interpretatione pacti seu voluntate ejus qui rei sue hanc legem dicit: utrum, dum alienationem prohibet, rem alienam non fieri, & sibi ejus impediendi jus esse; an in casu alienationis dominium quidem transferri, sed sibi actionem personalem ad id quod interest competere, intendat?

ALTERA est de vi ac potestate pacti: scilicet, si particeps intenderit rem alienam non fieri &c. an, & quem haec intentio alienationem probentis de jure effectum habere possit?

Utramque hanc quæſtionem male decidit Bachovius

ex l. 3. C. de condic. ob caus. dat. quam in tr. de act. d. loc. ita resolvit, ut verba id efficit ne alteruter vestrum dominium prorius alienet, pertineant ad qu. (1.) & significant sententiam pacti & voluntatem tradentis: (quasi qui alienationem prohibet, semper, quantum quidem in se est, id agat, ut res aliena non fiat: quod adeo quoque verum putat Manticus de tacit. & amb. conv. Vol. 1. Lib. 4. Tit. 30. n. 25. ut de eo dubitari non posse existimet: sed vid. §. seq. n. 4.) Sequentia autem d. legis verba, vel ut donatori, vel ejus herediti condicō, si non fuerit condicō servata, quaratur refert Bachov, ad qu. (2.) ut denotent effectum juris & jus tradentis, quod ille ex hoc pacto consequatur, si res contra prohibitionem ejus alienata fuerit.

Verum d. lex ad generaliter decidendam quæstionem (1.) non valet; quia expressum haber casum, quo de intentione pacientis dubitari non potest. Quæstionem vero (2.) plane aliter decidit: plures hujus legis interpretationes, & genuinam ejus resolutionem vid. infr. b. seq. §. 13. 14. 15.

#### §. IV.

**N**Os, quoad quæstionem primam, ita tenendum esse putamus.

(1.) Alienatio per pactum rei sua adjectum prohiberi potest animo (a) reservandi sibi juris realis l. f. f. C. de pact. inter emt. verb. non alia lege, vel (b) acquirendæ actionis personalis l. 6. §. 1. ff. de serv. export. ibi, quasi pecunie. l. 7. eod. verb. si non servata lege, vid. infr. b. §. n. 4. Hanc distinctionem tam Civilis quam Naturalis juris auctoritate subnixam vid. infr. §. 19.

(2.) De hac mente seu intentione pacientium constare potest (a) ex tenore pactionis l. f. f. C. dereb. al. non alienand. verb. pactionum tenor. (b) ex circumstantiis, arg. d. l. 6.

d.l. 6. & 7. ff. de serv. export. arg. l. 114. §. Div. 14. de leg. 1.  
verb. nisi invenitur, add. infr. b. §. n. 5.

(3.) Simplex & sola alienationis prohibito per se significat voluntatem rem alienam fieri & dominium ejus transferri nolentis arg. l. f. C. de reb. al. non al. l. f. C. de pact. int. emt. cui tam diu standum est, donec probetur contrarium. Alienatio enim significat omnem actum per quem dominium transfertur, l. i. C. de fundo dot. & cum in verbis nulla est ambiguitas, non debet fieri controversia voluntatis. l. 25. de leg. 3. Præfertim vero in actibus inter vivos, si contrahens mentem suam verbis pacti conformem fuisse declareret, nec quicquam in contrarium concludi posset, ejus interpretationi in dubio standum est, arg. l. 34. l. 96. de R. f. vid. l. 168. §. 1. l. 172. §. 1. eod.

(4.) Excluditur hæc interpretatio, si alienatio simpliciter quidem prohibita, sed non intuitu rei, ne ea aliena fiat, verum intuitu personalis cuiusdam interest, ne pacifens damnum incurrat, vel lucro caret; idque ex tenore pacti vel circumstantiis appareat: tunc enim non res spectata, sed persona tantum obligata intelligitur. Sic si v. gr. testator ita disposuerit, heres 100. dare damnas esto, si fundus ad extraneum pervenerit vid. l. 3. de leg. 2. & heres postea fundum alicui de familia vendat, cum pacto ne ad extraneum pervenire cum faciat, h. c. pecunia ratione interest arg. l. 6. §. 1. de serv. export. & pacto indemnitas tantum quæsita intelligitur. Similiter, si is qui alienationem prohibet, pœnam tertio promiserit, si res v. gr. ad Titium pervenerit, arg. l. 7. d. t. Atque his casibus pacifens haec tenus agere potest, quatenus alii præstare cogitur. d. l. 7. Sic & si accepferim 100. ne fundus meus ad Titium perveniat, & cum Mevio vendo, adjecta conditione ne Titio iterum vendat: quia enim h. c. contra me competit conditio tot. tit. C. de

con-

*condicēt. ob caus. dat. ejus nomine indemnisi præstari debeo.*  
*Idem quoque est si poena alternative sit adjecta, ut res non*  
*alienetur, vel pœna præstetur, tum enim res præcise spectata*  
*non est, sed pœnam præstari sufficit: arg. l. 110. §. 3. de R. 7.*  
*idemque erit in similibus, quæ pactionis tenor vel circum-*  
*stantie ad hanc intentionem probandam suppeditant, ar-*  
*gumentis.*

(5.) *Contra: simplex alienationis prohibitio intuitu*  
*rei, ne ea aliena fiat, facta esse, (si id ratione aliqua negetur,*  
*& probari necesse sit) evincitur (a) ex circumstantiis: v. gr.*  
*si res sit à majoribus accepta Perez in C. tit. de condicēt. ob caus.*  
*dat. n. 4. & tit. de reb. alien. non alien. n. 7. in fin. vel alia*  
*probabilis causa appareat, quare alienans eam ad neminem*  
*alium, vel non ad certum aliquem pervenire velit; sed ad se*  
*vel alium quendam reverti potius malit. arg. l. 114. §. Divi*  
*14. de leg. 1. verb. nisi invenitur persona &c. add. Mo-*  
*lina de promigen. lib. 1. cap. 6. Spinoza speculo de testam.*  
*gloss. 19. num. 79. (b) ex tenore pactionis, si scil. stricta sint*  
*prohibitionis verba v. gr. ut nullo modo alienetur, Nov.*  
*120. cap. 9. pr. vel, ut alienandi facultas nulla competit,*  
*l. 3. C. de condicēt. ob caus. dat. quæ expreßiones id efficiunt,*  
*ne dominium pro rorsus alienari possit. d. l. 3. (c) Hæc mens &*  
*intentio rei suæ legem dicentis declaratur adjectis clausulis*  
*in hunc finem conceptis: v. gr. si pacto expressum sit con-*  
*trariam alienationem nullam & pro non facta habendam*  
*esse: Mantica de tac. & amb. conv. Vol. 1. L. 4. Tit. 30.*  
*num. 31. vel si adjecta clausula commissoria dafsi in videti-*  
*gen Fall gegenwärtiger Contract null und nichtig seyn*  
*solle. Stryk. ad pag. Lauterb. 49. & quos allegat. vel si in*  
*casum alienationis dominium cum clausula constituti pos-*  
*fessorii reservatum sit. Dn. Stryk. de caut. contratt. sec. 1. c. 3.*  
*§. 35. & quæ in hac specie sunt cautiones aliae, de quibus*

vide omnino *infr. §. 18.* ubi eadem hypotheca adjecta; contra DD. rejicitur; & quae singulorum vis sit, paucis expenditur.  
 (6.) Pro diversis hisce alienationis prohibenda causis  
 & modis diversos utriusque prohibitionis nasci oportet ef-  
 fectus: qui proinde intentioni pacientium & sententiae  
 pacti adæquandi sunt, *conf. infr. §. 19. resp. 2. lit. (a)* &  
*Az. on. summa in tit. C. de reb. al. non alien. num. 9. pag. 95. in*  
*fín.* His non distinguis, *utrum pactum de non alienando domi-*  
*nii translationem impedit, an personalem tantum actionem*  
*pariat?* vaga & inextricabilis disputatio est. Nam neque  
 prius verum esse potest; ubi *pactio contrahentium admisit*  
*tantum posterius arg. l.f. C. de reb. al. non al.* neque verum  
 tantum potest esse posterius, ubi inter partes placuit etiam  
 prius arg. l. 48. ff. *de Pact. I. 8. C. de Pact. int. emt.* Ergo ex  
 tenore pactum & circumstantiis mens contrahentium an-  
 te omnia bene dijudicanda, iisque effectus adæquandus est.

## S. V.

Postquam itaque de intentione contrahentium & sen-  
 tientia pacti constat, oriri demum potest quæstio secunda,  
*quis pacti hujus, alterutro sensu initi, de jure effectus sit.* Et  
 quidem si partes, alienationem prohibendo, respexerunt  
 tantum personale aliquod interest, *ut in casibus §. prec.*  
*n. 4. res dubio caret & in præsentem hanc disquisitionem*  
*non venit.* Hinc quando controvertimus *utrum pactum*  
*de non alienando rem afficiat & contrariam dominii trans-*  
*lationem impedit?* semper supponimus, eum qui alienationem  
 prohibuit, id agere voluisse, *ut res fiat inalienabilis,*  
 atque id *pactio contrahentium admisum fuisse.* *l.f. C. de*  
*reb. al. non alien.*

In his terminis questionem hanc affirmant quidam DD. ne-  
 gant alii, nonnulli denique distinguunt *supr. §. 2.* *Negativam tam*  
*ex veteribus quam recentioribus & modernis præferunt plurimi*  
*supr.*

*Supr. §. 3. pr.* Ii tamen ipsifententiam suam varie limitant; *vid.*  
*infr. §. 17. & 18.* contrariam vero *affirmantium* decisionem nec  
 iuri nostro, nec naturali rationi satis convenientem, nec in praxi re-  
 ceptam esse contendunt. *vid. Dn. Stryk. not. ad pag. Lauterb. 49.*  
*verb. transferitur, & de caus. contr. sect. 1.c. 3. §. 31.*

Nos, quanquam his adversariis impares; ratione tamen & ju-  
 re futuri videmur potiores, siis, qui primam defendant, (adhibita  
 tamen hac cautione ut pacis contrarium intentio fuerit *in rem directa*,  
 atque eam *inalienabilem* efficere voluerit, *per dicta*) nos adjunxe-  
 rimus. Et de praxi quidem, quodad eam evolvendam sufficienti-  
 bus mediis destituimus, litem nostram facere non combinut. Ad  
 ea autem quæ jus spectant, & contraria DD. argumenta responde-  
 re, variisque simul ex utroque, tam N. quam civ. jure, rationibus  
 hanc *affirmantium* sententiam adstruere molimur *infr. §. 19. &*  
*seqq.* Hic Legum auctoritate veritatem ejus evincere & Imperia-  
 li præjudicio contrariam decisionem convellere aggredimur.

### §. VI.

**P**ACTUM ergo de non alienando, rei suæ alienationi adje-  
 cendum, dominii translationem impedire, & sic rem affi-  
 cre, probamus [I.] per l. f. C. de reb. al. non alien. Ubi ex-  
 pressè sancitur, alienationem, contra pactionem contra-  
 hentium factam, *esse prohibendam*: idque adeo, ut is etiam,  
 qui simpliciter tantum alienare prohibitus est, non solum  
 dominium transferre; sed etiam mancipia manumittere,  
 in usumfr. vel emphytheusin dare, quin & servitutem vel  
 pignus in ea re constitueret, prorsus prohibeatur; *nisi ipse*  
*pactionis tenor aliquid horum fieri permiserit.* Quæ sane  
 non enixa modo Imp. Justiniani voluntatem declarant;  
 sed alienationem quoque, contra pacti dispositionem & le-  
 gis prohibitionem suscepitam, *ipsò jure nullam esse*, prorsus  
 arguant. *vid. l.s. C. de LL.*

Sed DD. hoc tantum verum esse volunt in alienatio-  
 ne lege, vel testamento prohibita; unde ad legem hanc no-  
 tant: *Quoties alienatio non per legem vel testamentum pro-*

bibita est; sed tantum per conventionem, toties non est ipso jure nulla. Perez. ad b. t. n. 8, Brunn. ad d.l. in fin. Dn. Stryk. d. loc. Dn. Berger. resol. LL. obſt. ex Lauterb. tit. de pact. qu. 6. Verum hæc regula mere cerebrina, & non intentioni tantum; sed expressis quoque hujus legis verbis contraria est. Ubi enim lex non distinguit, ibi nec nos distinguere oportet: lex vero inter alienationem lege, testamento, & pacto prohibitam non tantum non distinguit; sed eundem quoque omnibus effectum, tam quoad prohibendum, quam quoad permittendum, exerceat tribuit: Ergo nec nos, nisi fraudem legi facere, & in d.l.s. C. de LL. incidere velimus, distinctionem hic admittere possumus.

## §. VII.

[II.] **S**Entiam hanc probamus per l.f.C. de Pact. inter emt. Licet autem in hac lege pacti de *non alienando* expressa mentio non fiat; tamen idem genus tractatur, & specierum ibi memoratarum eadem plane, quæ hujus, ratio est: Quin hanc speciem imprimis quoq; comprehensam esse, ex adjecta decidendi ratione manifeste satis evincitur. Quippe verba *forstian enim multum ejus intererat ne ei vicinus, non solum quem nollet, aggregaretur, sed etiam pro quo specialiter interdictum est*, pactis in d. l. expressis (*tat non licet in loco vendito monumentum extenuere, vel alio modo humano iuri cum eximere,*) applicari neutiquam possunt; sed necessario supponunt pactum *ne res omnino, vel ne certo cuidam alienetur seu cedatur.* Qui enim prohibet ne sibi vicinus quem nolit aggregetur, prohibet alienationem; non à jure humano exemptionem.

Sed hic instant DD. In d. l. ratio decidendi desumitur ab eo, *quod multum interesse possit venditoris:* ergo ad hoc tantummodo petendam personalis actio datur. Resp. id verum esse, si venditor in pacificando quoque personale tan-

¶ 61 ¶

tantum interesse respexerit: ceterum hæc ratio, ut in LL.  
Romanis frequens est, non est unica, generalis & adæ-  
quata concludendi causa; nec ei speciei, *qua venditor,*  
*posthabita præstatione ejus quod interest, præcisè non vult, ut*  
*sibi invito vicinus aggregetur*, adaptari omnino potest.  
Hujus autem vera decisio est in subjecta ratione altera,  
verb. *cum etenim venditor, vel alter alienator, non alia lege*  
*ius suum transferri passus est, quam tali fretus conventione,*  
*quomodo ferendum est aliquam captionem eum pati ex va-*  
*ria interpretatione?* Nimirum quia decipi venditor non  
debet, conventionem, *qua fretus est, servari oportet;* con-  
venit autem, *ne sibi invito vicinum ullo modo aggregare*  
*liceat:* ergo, si, quod contra factum est, nullum esse con-  
tendat, eum non audire; sed actionem tantum ad id quod  
interest concedere, foret facere, *ne ex varia interpreta-*  
*ne captionem pateretur*, & Imperatoria hæc constitutio  
prosorsus eluderetur.

Denique, non eam esse mentem legis, ut pacta hæc  
ad producendam tantum actionem personalem confir-  
met, vel ex hoc solo patet, quod Justinianus, de corum  
valore *apud Veteres dubitatum esse*, dicat. Atqui Veteres  
JCTos (& in iis Pomponium auctorem l. 61. ff. de Paet. ubi  
hæc dubitatio habetur) adeo inconsultos fuisse, ut ex ejus-  
modi pactis personalem, ad id quod interest, actionem  
nasci ambigerent, absque eorum injuria vel suspicari non  
liceret. Ergo tantum dubitarunt, utrum hæc pacta solam  
actionem personalem parerent; vel an valerent etiam ad  
effectum realem, impediendi id quod factum esset in con-  
trarium? Neque huic dubitantium sensui quicquam con-  
trariatur d. l. 61. verb. *nemo pacificando efficere potest, ne*  
*vicino invito predium alienet:* nimirum intellige, ut efficere  
*nemo possit ne præcisè alienet*, aut *suscepta alienato nulla*

*sit; licet efficere possit, ut, si vicino invito alienet, id quod intereat praeferat, conf. supr. Sect. præc. §. 3. Hinc dum Veterum dubitationes sustulit Justinianus, pactum hoc, juxta tenorem conventionis immutatum permanere, (i. e. non variæ interpretationi subjacere, nec ad præstationem ejus quod intereat reduci) voluit.*

## S. VIII.

[III.] **H**æc sententia assuritur per l. 6. C. de Pact. int. emt. cuius exserta in hanc rem verba sunt: *Cum te fundum tuum certa rei contemplatione inter vos habita, (v. g. ne iterum alienari queat,) exiguo pretio (quanto magis si nullo, ut in l. 3. C. de Condit. ob caus. dat.) in alium translusisse commemores, poteris tibi ea res non esse fraudis: quando non impleta promissi fide, (puta alienatione suscepit.) dominii tui jus NB. in pristinam causam reverti convenientia. Et ideo aditus competens iudex, fundum, cuius mentionem facis, NB. restitui tibi cum fructibus suis, sine ulla ludificatione, sua auctoritate perficiet: pricipue cum & adversa pars, receperis nummis suis, nullam passa videtur possit injuriam.*

Ecce hæc lex quadruplicem concludendi suppeditationem, (1.) quod, certa contemplatione inter partes habita, fundus translatus sit; adeoque hæc contemplatio causam contractui dederit, *domino non alta lege jus suum transferri passuro &c. conf. d. l. f. f. C. eod.* (2.) quod actor commemorare possit, se, propter hanc legem adjectam, exiguo pretio rem translusisse. *add. l. 10. ff. de Serv. export.* quod ampliatur adhuc in l. 6. §. 1. f. eod. & l. 21. §. 4. de Act. emt. ut propter adjectas has aut similes conditiones minoris venditum videatur, licet hoc expressum non sit, conf. Gothofr. *ad d. l. 21.* (3.) quod perfidia emitoris non possit fraudi esse venditori, qui rei suæ legem dicit, *conf. LL. §. seq.*

legi alleg. (4.) quod emitor vel reus nullam passus videri possit injuriam; cum & per eum steterit, quod promissi fidem non impleverit; & præcipue nummos, si quos dederit, recepturus sit. Atque ex his quatuor rationibus dominii jus in pristinam causam reverti, & res, violato pacto, cum fructibus restitu jubar.

At, contra hanc decisionem objicit (1.) Gothofr. ad h. loc. l. 14. C. de Resc. vend. Resp. pactum ibi adjectum merum interesse respiciebat; proindeque, ut dominium in pristinam causam reverteretur, efficere nunquam poterat; secus autem in pactis rei afficienda causa concepit, qualia hic intelligimus. (2.) Opponunt DD. l. 135. §. 3. de V. O. ubi ex simili pacto ad id tantum quod interest actio datur. Resp. Sejam prohibendo ne servus fratri Tui serviret, respexisse tantum id, quod sua intererat hoc non fieri. Atque hinc quæstio tantum propria videtur, an ex stipulatu, in id quod prohibendo intendatur, agere posset. Aliam responsonem ex Ant. Fabro assert Sande d. tr. de Prohib. alien. part. 4. c. 2. n. 25. quæ quidem, ut arguta nimis, ita dubio huic tollendo aptius videtur.

### S. IX.

[IV.] PRObatur hæc sententia arg. ex l. 1. 2. 3. C. de Donat. que sub mod. l. 1. C. de Donat. caus. mort. l. 30. ff. eod. l. 7. C. de Donat. ant. nupt. l. 20. §. 1. ff. de Paet. dotal. l. 10. C. de Paet. convent. l. 8. C. de Condit. ob caus. dat. l. 15. §. 1. ff. de Statu lib. l. 13. pr. ff. commun. præd. l. 48. ff. de Paet. l. 8. C. de Paet. int. emt. & simil. Quarum LL. accurata ratio & naturalis æquitas, ex iisdem cum hac sententia principiis descendens, & plurimum ad eam probandam ponderis afferens, ex §. 19 & seqq plenius patebit.

[V.] Valde eadem adstruitur per l. s. C. si mancip. ita fuer.

*fuer. alien.* ubi libertas, quæ tantopere favorabilis est, impeditur propter pactum de non manumittendo venditioni adiectum: Unde, argumento à majore ad minus, recte proceditur ad dominii translationem propter pactum de non alienando impediendam, add. omnino infr. §. 22. f.

## §. X.

[VI.] **A**D hoc plenius probandum maxime faciunt tot. tit. C. si mancip. ita venier. ne prostat. l. 1. 2. & s. C. si serv. export. ven. l. 9. ff. de Serv. export. l. 56. ff. de Conir emt. l. 10. §. 1. ff. de in ius voc. l. 7. ff. qui sine manum. ad libert. perv. l. 1. §. 4. C. de Latin. libert. toll. Ex his textibus manifestissime patet, quam falso DD. statuant pactum rem afficere, vel ius aliquod reale tribuere non posse. Nam ius manus injiciende servo vendito, vel abducendi servam prostitutam utique realissimum est: cum ita radicatum sit in re vendita, ut ei cohæreat d. l. s. C. si mancip. ita fuer. al. & citra ullam personalem actionem adversus dominum ejus instituendam, ipsa res (licet per plures emtorum manus concurrevit, d. l. 56. ff. de Contrab. emt.) tanquam nostra apprehendi & abduci possit, conf. Calv. Lexic. jurid. voc. Manus injectio. add. Struv. de Wind. priv. c. 14. aph. 2. & Coler. loc. ibi alleg. Quare, cum ius manus injicienda ex pacto competere possit dd. II. quid obstat, quin ius alienationis impedienda ex simili pacto reservativo competere queat?

Sed quid dicendum, si pacto huic de non alienando additum sit pactum manus injicienda, vel propria auctoritate possessionem ingrediendi? Hic mirum quām in angustias redacti DD. ut regulam salvam habeant, exceptionem statuunt, & dominii translationem h. c. impediti concedunt: quasi priori pacto hæc vis non insit; sed per posterius demum ei accedat. vid. Mantic. de Tac. & amb. conv. Vol. I. Lib. 4. tit. 30. n. 44. & 45. & quos ibi alleg.

At

At sic (1.) hypothesin suam, quod pacta rem afficere non possint, deserunt & sibi prorsus contradicunt, quod plenius demonstratum vid. infr. §. 18. ad limitat. IX.

(2.) Duo hæc distinctissima pacta male adeo confundunt, ut prius justo effectu suo fraudulent; posteriori vero effectum, quem non habet, injuste tribuant, & sic totam juris rationem hic turbent.

Si enim conjuncto utroque pacto, *de non alienando, & possessionis apprehendenda*, dominii translatio impeditur debet, sequitur quod hic effectus, (saltem pro parte) sit vel ex priori, vel ex posteriori: nam quod non ineſt partibus id nec ineſt toti. Atqui eum effectum ex priori esse negant, quia pactum non possit rem afficere; ex posteriori vero esse multo minus potest, tum propter eandem rationem, quod non possit rem afficere, tum quia hoc pactum de jure *alienandi, vel alienationem impediendi* non disponit; sed solam facultatem possessionis apprehendenda concedit. Ergo sequeretur, cum hæc virtus insit neutrī pacto, (ne quidem pro parte,) eam nec ineſe conjunctis, nec proinde dominii translationem impeditur, nec rem exitum habere posse. Nimirum, si prius pactum, *de non alienando, alienationem non impedit, sed personalem tantum actionem parit, quo jure ex adjecto posteriori possessionis apprehensio defendi possit, non video.* Nam propria auctoritate ingredi vel apprehendere possessionem ejus rei cuius dominium jure & valide translatum est in alterum, quid est nisi spoliare vel de iusta possessione dejicere? Neque enim domino, qui justè & irrevocabiliter possidet, præjudicare potest, quod sius auctor alteri manus injiciendæ facultatem fecerit. Negatā itaque hac vi prioris (quod impedire valeat dominii translationem) reque in alterum valide translatā, prorsus inutile erit pactum

ctum posterius: & contra, si posterius solum & alienationem impedit, & possessionis apprehendenda licentiam facit, (quod vult Mantica d. n. 44. & 45.) prorsus supervacaneum erit prius. Atque sic DD. expedire se neutri quam possunt.

Ex his itaque retro instruimus argumentum: Quia conjunctis pactis de non alienando, & possessionis apprehendenda, ex posteriori manus injectio seu possessionis apprehensio recte procedit, NB licet res per plures emitorum manus cucurrerit: (quod dissimulare non possunt DD. propter evidentissimos textus in d. l. 56. de Contr. emt. & l. 1. in fin. C. si mancip. ita venier.) sequitur, ex medii necessitate, dominii translationem propter prius pactum antea fuisse impeditam. Unde porro clarum est, adjectionem ejus, ut propria auctoritate possessionem ingredi liceat, non mutare naturam pacti de non alienando; sed hoc tantum ei addere, ut cum actor petere alias debeat alienationem esse nullam, sibi que rem adjudicari; hoc casu possessionem per se apprehendere possit, vid. tamen omnino d. l. 1. pr. C. si mancip. ita ven. & l. 3. C. de Pignor.

### §. XI.

[VII.] EX Nov. 120. c. 9. pr. res usque adeo clara est, ut etiam ecclesia iis casibus, quibus res suas immobiles alienare præcipitur (velut pro redēmptione captivorum) possessiones tamen, sub conditione, ut nullo modo eas alienet, sibi datas, alienare prohibeatur. Quocunque autem lege vel veteri vel novella prohibente sit, ipso jure nullum est, & pro non factō haberetur. l. 5. C. de LL. Sed & hanc Scyllam evitare student DD. & cum regulam suam salvo textu stare non posse adverterent, novam hic limitationem commenti sunt: Ut per pactum de non alienando dominii translatio non impediatur; nisi res ipsa

*ex jure communi sit alienari prohibita: tunc autem pactum usque adeo servandum esse volunt, ut etiam in casibus jure communi permisso non procedat alienatio.* Ita tenent Azo summa in tit. C. de reb. al non alienand. n. 10. & ibi Jason. Mantic d. tit. 30. n. 37. & quos alleg.

Verum hæc omnia mere cerebrina, nullaque vel verisimili juris legis ratione subnixa sunt. Quid enim concipi potest incredibilius, quam prohibitionem juris communis impedimento esse, quominus in casibus eodem jure permisso, contra pactum, procedat alienatio? adeo sane ab omni ratione remotum hoc est, ut dicendum potius foret, permissionem juris communis iis casibus impeditre prohibitionem hominis, minime vero eam juvare.

Aut quid dici omnino potest inconvenientius, quam pactum, quod non impedit translationem dominii ex quavis vulgari, voluntaria, nec favorabili causa suscepit, impedire eam, quæ ex magis necessaria, pia, favorabili, & propter quam etiam ecclesia, contra regulam, alienare præcipitur, facta est.

Ergo ut per prius inepita est DD. exceptio, quod prohibitus juris comm. adjuvet prohibitionem hominis, etiam in casibus eo jure permisso vel preceptis; ita per posterius liquido falsa est eorum regula, quod pactum non impedit dominii translationem ex quavis vulgari causa factam, cum impedit etiam eam, quæ ex favorabili causa suscepta est, per d. Nov. indeque argumentum à majori ad minus recte procedat.

Neque verum est quod vult Azo d. loc. in fin. hujus Nov. decisionem specialem esse, indeque concludit, ubi cunque pactum non coadiuvatur speciali lege, ibi, pacto non obstante, dominium transferitur in accipientem. Hanc enim decisionem non specialem, sed generalis regulæ, inde à §. 6. demonstratae, extensivam esse constat.

[VIII.] **A**rgumentum ducimus ex l. 7. §. f. de diff. pign. ubi, si creditor paetus est ne liceat debitori hypothecam vendere, deciditur, alienationem nullam esse ut passioni stetur. Atqui, si hoc paetum, interpositum à creditore, dominii translationem impedit, (quod agnoscunt plerique DD. propter jus pignoris quod in re habet vid. Gothofr. ad h. l. & Dn. Berger. resol. LL. obſt. ex Lauterb. b. t. qu. 2.) quanto magis interpositum à Domino, ad quem res pleno jure pertinet, idem poterit.

[IX.] **S**ententiam nostram plene probandam credimus per l. 3. de condic. ob caus. dator. Super hac autem lege ingens DD. conflictus est, quod priore sui parte sententiam nostram stabilire; posteriori vero eam everttere videatur. vid. Gothofr. ad h. l. quare paulo penitus eam inspicere operæ pretium duco. Ita ergo rescribunt Imperatores. *Ea lege in vos collata donatio, ut neutri alienanda portionis sua facultas ultra competenteret, id efficit, ne alterius vestrum dominium prorsus alienet: id est, haec conditio facit rem inalienabilem, & dominii translationem impedit. Si enim alienatio valerer & accipientes dominos faceret, non esset verum, eum esse hujus conventionis effectum, ne donatorii prorsus alienent.* Sed huic contradicere videntur verba in d. l. sequentia, *velut donatori, velejus heredi, condicō, si non fuerit conditio servata, queratur.* Juxta quā dominii translatio non impedienda, sed personalis tantum actio, seu conditio donatori concedenda videtur.

Hinc de totius legis interpretatione varie laborant & in utramque partem pro sua quisque sententia eam allegant DD. sic (1.) quidam ex alternativa in h. l. proposita, posteriore decisionem veram esse dicunt. Azo *summa in c. b. t.*

C. b. t. num. 1. (2.) Alii, priori parte legis, intentionem ejus qui hanc conditionem adjectit, explicari; posteriori vero, jus quod ex pacto hoc consequatur, denotari putant: *uramque hanc interpretationem* vid ap. Bachov. *tr. de aet. disp. 4. th. 19. prope fin.* (3.) Alii rursus d. l. ita intelligendam esse existimant: *ut alienatio fieri non debeat; aliqui conditioni ad id quod interest locum fore.* vid: Dn. Berger. *resolut. LL. obſt.* ex Lauterb. *tit. de Pact. qu. 6. & tit. de distr. pign. qu. 2.*

Sed prima quidem conciliatio manifestans textui vim facit: dum enim lex utrumque effectum alternative probat, posteriorem solummodo verum esse violenter dicitur.

Secunda vel ex eo solo falsa est, quod intentio pacientis ex ipsa formula pacti, *ut neutri alienande portionis sua facultas ultra competere*, fatis clara sit; adeoque, cum eam repeteret irritum foret, verba seqq. *id efficit &c.* non de nuda interpretatione pacti, sed de effectu juris intelligenda vident: præterea non video quomodo vox *efficit* possit denotare *intentionem* quæ *effectu* (saltem adæquato) careat. Ad tertiam resolutionem similis responsio est, quod lex duplicitus effectus mentionem faciat; adeoque male ad solum *conditionem* restringatur: sed præterea peculiarem hunc errorum habet, quod conditionem hac legedari contendat *ad id quod interest*: vid Dn. Berger. *dd. loc. & passim DD. ad b. l.* cum tamen ex ipsa h. l. & toto tit. clarum sit, non agi hic de conditione *ceu quavis personali actione*; sed in specie de conditione *causa datâ causa non secundâ*, in qua non *id quod interest*, sed res in obligationem venit. l. 1. §. f. de condic. sine caus. l. 3. §. 2. de condic. caus. dat. & passim per notiss. Denique omnium harum conciliationum manifesta pugna est cum omnibus fere LL. inde à §. 6. explicatis, pactum hoc rem afficere evincens.

**P**RO hac igitur contrarietate tollenda duplex ad h. legem responsio est. [1.] Quod etiamsi donatori, qui sub tali conditione dedit, rei vindicatio competat; ut infr. b. §. patet. tamen præter eam alia remedia, coimmodiora forte, concurrere possint l. 41. ff. de O. & A. uti hic conditio. Unde non abs re est quod Steph. Forcatulus in *Cupidine juris perito* l. 13. n. 16. & Gerard Maynard L. 4. decisi. Tholos. 9. in fin. expaticula VEL, qua utuntur Imp. in d. l. concludunt donatori electionem dari, utrum rem contra suam prohibitionem alienatam vindicare, an condicere velit. Quamvis enim Sande tr. de prohib. alienat. part. 4. c. 2. n. 22. in fin. sententiam hanc novitatem sua suspectam arguere videatur; tamen, quod eam menti legis congruam, nec certi juris rationi contrariam, esse credimus, suspicionem novitatis tanti non facimus.

Nam (1.) quæ contra hanc interpretationem disputat Gothofredus ad b. l. lit. U. thesin non ferunt. Licit enim in fine h. l. actio personalis detur ad rem contra patrum alienatam revocandam; tamen hinc non sequitur donatori actionem realem ex dominio denegari. Ergo, dum Gothofredus rei vindicationem donatori competere evinxit, Forcatulo contrarius non est, qui utriusque electionem ei tribuit.

Nec obstat (2.) donatorem, cui competat rei vindicatio, oportere dominum esse; conditionem vero nunquam dari domino (nisi contra furem) §. 14. de action. l. f. in fin. usuf. quemadmodum, cav. adeoque has actiones concurrere in eadem actoris persona non posse. Resp. hoc verum est si se dominum esse alleget; sed potest quis à dominio abstrahere, quasi id sibi non arroget. Quemadmodum enim dominio, qua tali, Publiciana in rem actio denegatur; sed, à dominio

71

minio abstractenti & pro b. f. possessore se gerenti, datur:  
*per notiss.* sic si hoc casu donator nullum dominii vel vindica-  
tionis sibi competentis mentione facta, se rem titulo dona-  
tionis, *sub possibili aliqua lege tradidisse fareatur*, atque ea  
non servata rem restitui petat, *conditioni*, si hoc ipse placue-  
rit, locum esse, juris dictat disciplina. l. 8. C. de condit. ob  
caus. dat.

Neq; obstat (3.) conditionem non dari nisi contra do-  
minum, eum vero qui rem alienavit dominum non esse.  
Resp. enim, pro domino habetur qui dolo suo dominus  
esse desit l. 27. §. 3. l. 30. pr. ff. de R. V. & hinc conditio ad-  
versus eum datur. l. 4. f. C. de rer. perm. ut.

Denique non obstat (4.) d. l. 4. C. de rer. perm. ubi,  
re ob causam datâ ante causam secutam ab accipiente alte-  
ri venditâ, *dantem adversus emtorem nullam habere actio-*  
*nem*; dicitur; adeoque nec rei vindicationem hoc casu con-  
tra eum instituere posse videtur. Resp. ita est in omnibus  
iis contractibus ubi accipiens pleno jure liber dominus fa-  
ctus est, adeoque alienare recte potest: fecis autem hic, ubi  
donator non totum jus dominii transtulit, neque donata-  
rio liberum perfectumque dominium cum pleno jure dis-  
ponendi concessit; sed demum ei alienandi facultate, *jus in*  
*ipsa res iustitia sibi reservavit*, quod latius expositum su-  
pr. scit. 2. §. 6. & infr. b. scit. §. 19. & seq. Præterea aliena-  
tionem hanc, contra pactum suscepit, nihil quicquam  
nocere donatori vel hinc clarum est, quod res alienari pro-  
hibitæ (quoad ius alienandi) rebus alienis comparentur, &  
hinc quoq; in titulo C. de reb. al. non alien. inter res alienas  
referantur: harum vero alienatio tribuit domino vindica-  
tionem l. p. C. d. t. ergo & illarum. l. f. eod.

Quoniam vero haec actio, hoc & similibus casibus, non  
tam ex stricta juris civilis ratione, quam ex vestigio juris

Gen-

Gentium & Naturali æquitate indulta est, *utilis vindicatio seu in rem actio dicitur*, vid. l. 1. 2. 3. C. de donat. que sub mod. l. 5. §. 3. ff. de R. V. l. 30. ff. de mort. caus. don. & simil. Quam accurate autem JCti Romani Naturalis juris rationem hic fuerint secuti ex §. 19. & seqq. patebit.

Igitur, cum utraque hæc actio salvis ubique ac secundis LL. confistere possit, & in d. b. l. 3. C. de condit. ob caus. dat. utraque subalternativa indulgeatur, eas elective concurrendo concludo: neque hujusmodi concursum actionis realis & personalis jure nostro insolitum esse probo per l. 13. pr. f. ff. depignor, act. d. l. 30. ff. de morti. caus. don. l. 1. C. de don. qua sub mod. & simil.

### S. XV.

[II.] **A**dmitte etiam potest responsio Fabri & Merendæ, ut eos allegat Sande d. tr. de prohib. alien. n. 22, qui ex hac lege colligunt duplicum hujus conventionis esse effectum: primum, *ut dominium non transferatur*; alterum, *ut donatori conditio queratur*. Quæ ita puto intelligenda, ut donator, si contra suam prohibitionem alienatum fuerit, primò petere possit alienationem esse nullam, propter jus reale alienationis impediendæ, quod sibi in transferendo dominio per pactum reservavit; & tum dominium redcat addohatarium, isque hactenus maneat dominus: sed & secundò si præterea donator rem à donatario repetrere velit, id eum posse per conditionem causâ datâ causâ non secutâ. Fecit enim donatarius contra legem conventionis, etiamsi revera non transirent dominium; quia, dum donator cavit ne res ullo modo alienaretur, etiam voluit ne alienandi causâ alii de facto traderetur: & sic, cum donatarius, quantum quidem in se est, fidem conventionis, quam servare poterat, ruperit, conditioni huic locum esse factum proper d. l. 8. C. b. i. dubitari non poterit. Et hæc deci-

( 73 )

decisio conveniens quoq; est d. l. 6, C. de pact. int. emt. verb.  
dominii jus in pristinam causam reverti convenit. Ex quale-  
ge insuper notamus, cum qui conventioni huic fidem non  
præstítit, rei quidem dominio exui, pretium vero, si quod  
erogavit, repetere, & sic nullam injuriam passum vide-  
ri, posse.

At, inquires, si ad rem à donatario repetendam opus est  
condicione, quomodo constabit, quod modo diximus,  
eam vindicari posse ab emtore, invito donatario? Resp.  
quod hoc casu opus est condicione, id indefluit, quod  
donator (posthabita utili vindicatione, quam eligere poter-  
at) dominium ab emtore revocatum in donatarium revol-  
vit; adeoque cum is ex duplici donatoris voluntate & tra-  
ditione dominus sit, realis actio contra eum non procedit,  
sed ad rem repetendam condicione præcise opus est. Ce-  
terum si donator rem ab emtore vindicare maluerit, frustra  
contradicet & dominium sibi reddi postulabit donatarius,  
quia exceptione doli removebitur, quod rem ob causam da-  
tam, causâ suo dolo non fecutâ, ad donatorem reversam  
repetat, & contra proprium alienationis factum veniat.

### S. XVI.

**H**æcenus itaque ex diversis tribus sententiis, supr. b. scđ.  
g. 2. relatis, primam, quam nostram fecimus, Legum au-  
toritate firmavimus; restat ut eorum quoque sententiam qui nostræ  
huic contradicunt, diversisq; ipsi inter se castis dissident, paucis ex-  
cutiamus, & quatenus nobiscum convenient, quatenusque, & quo  
jure, dissident breviter examinemus. Ab hac igitur sententia  
propius absunt Bulgarus, & qui etiam hodie cum sequuntur  
DD. tertiae sententie autores, dum istam alienationis im-  
pediente vim pacto huic indulgent; modo illud traditioni  
præcise fuerit adjectum, non autem soli conventioni. vid. d.  
§. 2. Moventur illi (1.) l. 35. de S. U. P. & l. 8. ff. de aët. emti.

K                    ubi

ubi dominus, qui in venditione ædium suarum *ea servas fore* pactus erat; sed in traditione servitutis mentionem non fecerat, ex emito agere, vel incertum condicere jubetur: Unde effici putant, ut, si pactum conventioni adjectum sit, personalista autem, v.gr. ex emito, actio competat. Sed resp. in exemplis dd. II. diversam plane decidendi rationem esse, quod ibi agatur de pacto quo quis servitatem imponere vult rei sue, quam vendit. Constat autem, rem venditam, ante traditionem, nec meam esse desisse, l. II. C. de act. emt. l. 20. C. de part. nec proinde servitutem in ea mihi constitutam dici posse, cum res sua nemini serviat, l. 5. pr. ff. si usus fr. pet. l. 30. pr. de S. U. P. Ergo, quoniam h. c. ante traditionem imponi servitus non poterat, conf. l. 34. & seq. d. t. in traditione autem imposita non erat, ideo nec realis actio competitbat? Secus in *pacto de non alienando*, quippe quod *conventioni* non minus efficaciter, quam *traditioni*, potest apponi.

Sed objiciunt (2.) l. 48. ff. de Part., ubi solius traditionis mentio fit. Rep. de pactis conventioni adjectis idem tenendum esse patet, tum ex ex l. 8. C. de Part. int. emt. tum ex l. f. C. de reb. alien. non alien. ubi pactum contrahentium (non tradentium tantum) hic alienationis impedienda effectus tribuitur.

### §. XVII.

**S**ED & DD. secunda sententia auctores, dum contra nos disputant, varie regulam suam restringunt, & sic in causibus exceptis nostræ accedunt: non quod vim alienationis impediendæ pacto huic inesse credant; sed quod illam ex virtute adiectæ aliqui jus fortioris cautionis ei accedere potent. Harum limitationum decem congesit Mantica Vol. I. Lib. 4. tit. 30. ut scil. pactum hoc impedar domini translationem I. si ei accesserit hypotheca vel pignoris

( 75 )

ris reservatio, *ibi num. 5.* cum seqq. & *num. 45.* II. si jurandum additum sit, *ibi num. 19.* III. si princeps, in contractu alienationis rei sua, ita pactus sit *ibi num. 22.* & seqq. IV. si expresse additum ut in casu alienationis dominium ad venditorem revertatur, & in eum casum emitor, *ex nunc*, constitutus nomine venditoris possidere, *ibi num. 26.* V. si pactum de non alienando terminis resolutivis sit conceptum *ibi num. 31.* VI. si dictum quod venditor rem tradat emtori, quoad dominium & possessionem per eum retinendam, usque dum alienaverit; non ultra, & simil. vid. *num. 32.* VII. si res cui pactum adiectum, jure communii sit alienari prohibita *num. 37.* VIII. si pacto superadditum sit decretum judicis alienationem irritam facturum. *num. 38.* & seqq. IX. si additum sit, ut, si contra fiat, pacienti possessionem ejus rei proprie auctoritate ingredi liceat. *num. 44.* X. si ita convenerit, ne res vendita exeat manus emtoris (ubi errore typi legitur *venditoris*) quia manus accipiatur pro domino & potestate. vid. *num. 46.*

### §. XVIII.

**S**ed hæc, prout vetusti eorum auctores sunt, partim ex formularia juris arte deprompta dudumque explosa, & passim ab ipso Mantica rejecta, ut VI. & X. partim vero ipsi DD. hypothesi, partim denique sibi invicem contradictoria sunt, ut III. & VIII. Dixerat enim n. 25. si princeps de non alienando pactus sit, alienationem impediri; quia in hoc concurreret voluntas & potestas alienationis prohibenda: secus in privatibus; quia in his non quidem voluntas, sed potestas deficeret; dcinde autem, n. 38. & 42. nihilominus concedit, si pacto privatorum judicis decreta irritans accesserit, alienationem impediri; cum tamen constet, si deficiat in privato alienationis impediens

de potestas, eam à judice suppleri non magis posse, quam ipse citra causam Légibus probatam prohibere vel impeditre alienationem potest. Covarry in cap. Rainoldus in p. n. 4. Caldas quest. forens. 23. n. 93. Utique tamen hæc limitatio est ex Bartolo, & oppido sibi contradicit: ac prior quidem non in Principe magis, quam in privato vera, sed hypothesi DD. quod alienandi facultas à dominio per naturam non possit separari, contraria, vid. §. seq. resp. I. posterior autem, (negato, quod privatim alienationis impedienda facultas comperatur,) liquido falsa est. vid. Mantic. d. n. 39. & NB. 42. ubi, postquam decretum iudicis parum operari posse agnoverat, tamen, quia voluntas domini accedit & pacto id convenit, alienationem impeditri concedit: atque sic, dum voluntati magis contrahentium, quam iudicis decreto eum effectum tribuit, propriam regulam, quod potestas alienationis ex pacto impediende in privatim deficiat, ipse evertit.

Nec magis cum DD. hypothesi stare potest ipsorum limitatio IX. dum enim negant ex solo pacto ius reale produci aut dominii translationem impeditri posse, quomodo facultatem ejus juris exsequendi, seu possessionem propria auctoritate ingrediendi ex simili pacto concedere possint, equidem non video. Etenim, si pactum non potest operari ius reale vel actionem realem, multo minus sane juris realis executionem operari potest. Porro qui ius reale exsequi, & eum in quem res translata est, (ut inquiunt) spoliare, seu possessionem apprehendere vult, necesse est ut ipse antea ius reale habeat: atqui, neque pactum hoc de non alienando, neque pactum propria auctoritate apprehendendæ possessionis reale ius parere aut reservare tentur, vid. omnino Mantic. d. n. 44. ergo juxta hanc eorum hypothesisin possessionis apprehensio defendi, & l. 56.

ff. de

ff. de Contrah. emt. l. 9. ff. de Serv. export. l. 1. in fin. C. si  
mancip. ita venier. & similes salvari non possunt. Unde  
ad falsitatem regulæ, quod pactum hoc de non alienando do-  
minii translationem non impediat, recte procedi, supra §.  
10. ostendimus.

Denique si vera est modo dicta DD. regula, liquido sa-  
ne falsa est eorum limitatio I. quod secus sit, si pacto huic  
hypotheca adjiciatur. vid. Mantic. d. n. s. c. m. seqq. & 45.  
Si enim hoc pactum per se nil nisi personalem actionem  
ad interesse producit, sequitur necessario, quod nec hy-  
potheca adjecta aliud quicquam operari possit, quam se-  
curitatem ejus quod interest adipiscendi: neque enim plus  
esse potest in accessorio, quam fuit in principali; nec ac-  
cessorium mutare vel augere naturam ejus cui adjicitur va-  
let, vid. Sect. prac. §. 7. & 11. Id tamen effici putant DD.  
per l. 7. §. f. de Distr. piggior, quam ob id singularem dicunt.  
vid. Mantic. d. n. s. Verum ejus legis alius plane casus est,  
quem vid. Sect. prac. §. 8. Unde omnis disputatio apud  
Mantic. d. n. 12. ad 17. & apud Fachin. controv. jur. L. 12.  
c. 28. utrum scil. ad hunc effectum generalis an specialis hy-  
potheca requiratur? in hoc saltem casu frustranca est; &  
omnino hypotheca adjectio ad hunc effectum utilis esse  
non potest. Ut proinde ab iis, qui secundam (supr. §. 2.  
recensitam) sententiam tenent, admitti haec limitatio mi-  
nime debeat: quamvis contrarium in inclita Facultate  
Jurid. Francofurtensi d. 24. Octobr. Anno 1671. responsum  
referat Illustr. Dn. Stryckius de Caut. contr. Sect. I. cap. 3.  
§. 34. quem vid.

Super limitatione II. si iusjurandum pacto superaddi-  
tum, vid. quæ Sect. prac. §. 11. & seqq. de pactis juratis di-  
sputata sunt: scil. quod pacto inesse negatur, per juramen-  
tum ei accedere posse non probatur.

Limitationem VII. necessarii effugii causa commen-  
ti sunt: ratio enim singularitatis nulla subest; vid. omni-  
no *supr. b. Seet. §. II.*

Ceterum, limitatio IV. (si scrupulosum formularum  
corticem demas, vid. Mantic, d. n. 26. seqq.) cautelæ loco  
utilis esse potest. Pacta enim reservati dominii & constitu-  
ti possessorii per se quoque rem afficiunt. vid. *Seet. 2. §. 6. &*  
*10.* & proinde pacto de non alienando utiliter adduntur;  
cum duo vincula fortius ligent quam unum.

Nec minus utilis est limitatio V. ut pactum terminis  
resolutivis, seu cum adjecta cautione Commissoria concipi-  
tur; scil. contractum ipso jure debere esse nullum, si res  
contra pactum distracta fuerit: aut, pacto contraria alic-  
nationem nullam & pro non facta habendam esse. Dn.  
Stryck. de Caut. contr. *Seet. I. c. 3. §. 33.* His enim decla-  
ratur mens & intentio pacientium, quod non intuitu  
personalis alicuius interesse; sed animo rei inalienabilis fa-  
cienda, & reservandi sibi juris realis, alienationem prohi-  
buerint. Atque hoc est quod supra de inspicienda mente  
pacientium & pacti tenore diximus. vid. *Seet. b. §. 4. n. 5.*  
Veruntamen, si de hac pacientium mente ex cir-  
cumstantiis, vel ex alio pacti tenore constare possit, haec cau-  
telæ necessariae non sunt. Pactum enim de non alienan-  
do, per se, vi isthac reservativâ & resolutiva, seu (ut ve-  
teres significanter dicunt) irritativâ gaudet, ut ex §§. su-  
perioribus patet.

### §. XIX.

**E**X his ergo clarum est, DD. regulam, à qua, ut salva sit, tot  
& plures casus exceptos oportuit, non modo valde incertam  
esse; sed per ipsas quoque has limitationes, quæ inter se & cum  
propria Eorum hypothesi non raro collidunt, maxime dubiam ef-  
ficie: quin vel sola limitatione VII. & IX. quæ ita comparata sunt,  
ut neque salvis LL. rejici, neque salva DD. hypothesi stare pos-  
sint,

79

fint, eam in universum falsam prorsus evinci. Quarē juxta hos  
casus à DD. exceptos regulam in contrarium ponendam esse pū-  
tavimus; quam ut supra §. 6. & seqq. Legum robore satis adstru-  
ximus, ita hic Naturalis aequa ac Civilis juris rationibus confor-  
mare eam intendimus: quod dum aggredimur, iis, quae contra  
hanc sententiam à DD. instruuntur argumentis, commode simul  
satisfaciemus.

OBJICIUNT [I.] Prohibitionem alienationis repu-  
gnare Naturæ & Legibus domini; cum proprium sit do-  
mini statuere de rebus suis prout velit. l. 21. c. mand. Ita-  
que pactum quo convenerit ne dominus res suas alienet,  
(1.) perinde habendum esse, atque si convenerit, ut, qui  
dominus est, dominus non sit: & hinc (2.) ad id servan-  
dum neminem adstringi; neque (3.) alienatione factâ, do-  
minii translationem impediri posse, concludunt. vid.  
Mantic. d. tit. 30. num. 2. Perez. in C. tit. de Reb. alien. non  
alien. num. 8.

RESP. Ad (1.) negando, substractam alienandi fa-  
cultatem naturam dominii evertere; quippe quam à do-  
minio separari posse constat: (a) exemplo pupillorum, fu-  
riosorum, prodigorum. Licet enim hi omnino domini  
sint, alienandi tamen facultatem non habent. conf. Grot.  
de f. B. & P. L. 2. c. 3. §. 6. (quamvis & hic, jure G. secun-  
dario demum, non Naturali, in infantibus esse dominium,  
idque per repræsentationem humani generis expediti, &  
intra actum primum subsistere, male putet.) Quin (b)  
hoc patet in rebus ecclesiæ, quæ non modo ab econo-  
mico seu Administratoribus, Præsulibus, Abbatibus vel Epi-  
scopis; sed etiam, his consentientibus, à toto Clero alie-  
nari nequeunt: nisi ex justa causa. vid. Alphons. Villagut.  
lib. 1. de Reb. eccles. non rite alienatis recuper. c. 1. & seqq. &  
omnino Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. n. 2. Nihilomi-  
nus tamen Ecclesia rerum suarum domina est. Præterea (c)  
ratio

ratio dari non potest, cur in ultimis magis voluntatibus,  
 quam actibus inter vivos, alienandi potestas à dominio  
 separari possit. vid. l. 114. §. 14. & seqq. de Legat. 1. l. 69. §.  
 1. & 3. l. 77. §. 27. de Leg. 2. l. 38. l. 93. de Leg. 3. Sane, si  
 hæc separatio contra Naturam & LL. dominii esset, neque  
 hic procederet. Denique (d) si hæc per Naturam sepa-  
 rari non possunt, cur in Principe ita paciente contrarium  
 admittunt? supr. §. 17. limit. III. Recte ergo (e) Seneca  
 de Benef. lib. 7. cap. 12. Non est argumentum, ideo aliquid  
 tuum non esse; quia vendere non potes. vid. Grot. lib. 2. c.  
 3. §. 19. n. 2. ubi refert ex Dione. Plurimi sunt modi, qui-  
 bus quid cujusque esse dicitur, & quidem valde inter se  
 differentes: interdum, ut nec vendere, nec pro arbitrio alic-  
 nare licet. Et ex Strabone; Dominus erat, demto ven-  
 dendti jure. Itaque, alienationem prohibere, non est fa-  
 cere ut dominium non sit dominium: cæteroquin (f) &  
 quamcumque servitutem constitutre erit dominium tolle-  
 re. Qui enim usum à dominio separat, fortius dominum  
 affligit, quam qui alienandi facultatem demit: & tamen  
 fieri hoc posse, tam per pactum quam per ultimam volun-  
 tam, constat ex. §. 1. q. de V. Suf. Nihilominus autem  
 recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, cuius usus fru-  
 ctus est alienus. l. 25. pr. de V. S. (2.)  
 Quod infert Mantica d. loc. Neminem ad hoc  
 pactum servandum adstringi posse: illud sapit veterum  
 dubitationem ex d. leg. pen. ff. de Pac. horum autem de-  
 cisionem, quoad hanc speciem quando pactum rei suæ  
 alienationi adjectum est, exerte satis mutatam esse con-  
 tendimus, vid. infra. h. §. resp. (3.) lit. (b). Sed & in altera  
 specie Sec. præc. tractatâ, quando hoc pactum simpliciter  
 cum domino super re ipsius est initum, id mercæ prohibitio-  
 nis civilis esse credimus: ex ead. l. pen. ff. de Pac. (3.)  
 Et enim

Etenim (a) de jure N. qualitercumque quis de re sua disponit, ita ius est; & hoc magis ex dispositione *de re ius in ipsam rem competit: ut vidimus sect. 1.* At, inquis, qui se rem non alienaturum promittit, non *dere*, sed *de facto suo* disponit; ex promissione autem facti vel non facti, etiam jure N. ius tantum *in personam* competit. Resp. in ejusmodi promissione, quamvis *factum expressum*, tamen res cogita ta, & intentio pacientium realis est; ne scil. *res aliena fiat:* quare & effectus seu ius expactione quasitum *reale esse debet;* ut scil. *alter alienationem impedire possit.* Atque hæc distinctio Legibus quoque Romanis probata est, ut inspi ciatur, utrum in paciendo *de facto promittentis*, an *de effectu promissi* cogitatum sit. vid. omnino l. 6. ff. de serv. exporti. l. s. C. si *mancip. ita fuer. alien. & simil.* Ubi, quod non *de facto persona manumittentis*; sed *de effectu libertatis* cogitatum credebatur, ex pacto commissio vel omisso actio nasci negatur.

Neque magis ad rem facit quod hic urget Mantica: *Nihil tam naturale esse, quam voluntatem domini, rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi.* Nam inverti id potest, ut & priorem voluntatem, *rem suam transferre nolentis*, ratam haberi oporteat. Dominus enim intelligitur alienare posse, nisi huic facultati in favorem alterius renunciaverit, eique adeo ius alienationem impediendi triberuit: quod contrario facto ipsi auferre nequit. Et ita quoque dispositum in l. 75. de R. I. ut *nemo possit mutare consilium suum in alterius injuriam.* add. l. s. Cod. de O. & A.

Hinc (b) ratio, cur pactum hoc stare prohibetur, (ex ploso eo, quod naturam dominii evertat) nulla dari potest; nisi quod *commercialia rerum forte sine causa impedit.* supr. sect. præc. §. 4. quæ equidem mercivilis est. Publicam

enim utilitatem respicit; utilitas autem juris *Civili* mater est, Naturalis non aequa: ut patet ex §. 12. verb. plane f. de R. D. l. 16. ff. de S. P. R. l. 8. C. de servit. l. 16. de R. 9. collatis cum l. 2. §. 5 in fin. de aq. & aq. pluv. ubi expresse subjicitur, et si jure deficiamur.

Ex his concludo, distinctionem, in priori specie, depa-  
sto hoc rei alienæ adjecto, supr. sect. præc. §. 6. traditam,  
utrum scil. interficit, vel non, vel pacificens jus in re habeat,  
mere CIVILEM esse; de jure N, vero alienationem omni-  
modo impediti: conf. Grot. de f. B. & P. L. 2. c. n. §. 21.  
proindeque mirum non esse, quod JCTi in ultimo casu id  
admittant, in l. 7. §. f. de distr. pign. vid. infr. sect. præc. §. 8.

(3) Ex his patet quid respondendum sit ad id quod  
potro infert Perez, loc. in pr. b. §. alleg. scil. pactum hoc,  
alienatione facta, valere quidem ad interesse hinc petendum;  
sed non ad alienationem inde impediendam. Primo enim,  
quantum ad jus Naturæ, si pactum rei alienæ adjectum hoc  
operari potest, de pacto rei sua alienationi adjecto dubitari  
id neutiquam debet: cum maxime naturale sit, ut quis pro-  
missioni rei sua adjicere onus possit; idque rem affiat, nec  
alia ratione ejus cui concessa est manere illam sinat, quam,  
aut lege servata, aut concedentis voluntate mutata conf.  
Grot. L. 2. c. 11. §. 19. Et hanc quoque rationem sequitur  
jus Civile in l. 48. ff. de Pact. int. C. de Pact. int. emt. l. 6. eod.  
l. 13. pr. comm. pred. & compluribus aliis supr. §. 9. alleg.

Deinde, quam allegat Perez, l. 61. ff. de Pact. emt. contraria l. f. C. de Pact. int. emt. correctam esse sect. præc. §. 3. f.  
ostendimus. Hanc vero & similes LL. evidenter contra-  
rium sentire supr. §. 7. demonstratum dedimus. Deni-  
que sibi non satis constat Perez, nam ad tit. C. de pact. int.  
emt. contrarium ipse decidit. Fefellit eum quod in l. f. d. t.  
pacti de non alienando expressa mentio non fiat; sed hunc  
scrut-

scrupulum sustulimus d. §. 7. pr. Quid? quod idem Perez adit. C. de condic. ob caus. dat. n. 4. propter l. 3. d. t. in ipsis terminis pacti de non alienando contrarium involvit; licet juxta communem DD. regulam (quam refutatam vid. supr. §. 6.) concludat.

### §. XX.

[II.] OBJICIUNT DD. quod pactum hoc (1.) nitatur solo consensu; alienatio autem, prater consensum (2.) traditione sufficitur: qui actus, quoniam (3.) perfectior sit, majoris virtutis esse & contra insirmorem sustineri debeat.

RESP. (1.) Pactum rei sua alienationi adjectum non solo consensu nititur; sed in primis etiam *jus dominii* profundamento habet: & hinc nullà traditione indiget. Quoniam enim dominus alienationi rei sua potest legem dicere quam vult; l. 20. §. 1. ff. de Pact. dot. l. 10. C. de Pact. l. I. C. de Pact. conv. l. 13. ff. comm. præd. & complur. aliis supra §. 9. alleg. hinc ejus legis seu conditionis pacto apposita virtus adeo non est ex solo consensu, ut nequidem in potestate emitoris vel donatarii sit conditionem reprobare; sed, si rem acquirere velit, ex medii necessitate eam admittere & domino obtemperare debeat. Quin, dum in conditionem consentit, novum jus domino non constituit, is enim omne jus reijam antea habebat; & sic, ne quisquam, se invito, eam alienaret, impedire jam tum poterat. l. 11. de R. p. Consensus ergo ejus qui rem acquirit hic nihil aliud operatur, quam, ut dominus hoc jus, etiam re alienata, retineat.

Atque hinc est, quod (2.) in hoc & similibus pactis reservatis ad habendum jus reale non requiratur traditio vel q[uod]s: quia hic possessio ejus quod promittitur, (qua[us] alias per traditionem acquiridebeat) penes eum qui paciscitur jam praexistit. vid. supr. sect. 2. §. 6. Unde iterum patet eff. cum hunc juris realis (quod h[ic] est, impedire alienationem)

non produci posse ex solo consensu; sed conjuncto cum jure domini; jus suum non omne alienare volentis. Et hanc rationem sequuntur JCti in dd. II, si enim ex solo consensu haec obligatio inducenda esset, omnibus omnino pactis, non iis tantum quae in alienatione rei nostra apponuntur, indultum hunc effectum oportuisset, vid. l. 10, C. de Pact.

Nititur ergo hoc pactum (a) jure domini jus suum non alia lege transferri patientis, quam hoc reservato ut alienationem impedire possit, arg. l. f. C. de Pact. int. emt. conf. l. 3. l. 6. pr. ff. comm. prad. & simil. (b) consensu ejus qui rem acquirit: quibus concurrentibus, ad plenissimam constitutionem juris hujus (*alienationem impediendi*) nihil amplius deficit. arg. l. 8. C. d. t.

(3.) Ex his porro facile confutatur quod dicunt, alienationem, quippe consentiu & traditione nixam, esse actum perfectiorem: Resp. enim (a) actu perfecto perfectiorem non dari: (b) pactum de non alienando, & alienationem, esse actus contrarios, quorum posito uno tollitur alter: cum itaque pactum de non alienando sit actus perfectus, & jure, tam Naturali, quam Civili, probatus, sequitur, alienationem, tum pacto, tum utrique juri contrariam, esse ipso jure nullam. Unde, quotquot actibus nitatur, de perfectione ejus frustra disquisitur. Et sic hoc argumentum in auctores suos retorqueri recte potest.

### §. XXI.

[III.] OBJICIUNT DD. pactum operari secundum naturam suam; eam autem esse pactorum naturam, ut personam tantum obligare valeant, rem vero afficere neint, quampossint. vid. DD. scđt. 2. §. 3. alleg. Sed hoc argumentum, cum non praesentem modo thesin stringat, verum totius omnino thematis hujus fundamentum impugnet, passim per totam dissertationem refutatum est: hic summa

main eorum quæ supra prolixius disputata sunt, collegisse sufficiat.

Igitur (1.) ad hanc DD. regulam, *sect. 2. §. 3.* propositam, generaliter respondimus, & complura pactorum rem afficentium exempla produximus: *d. sect. 2. §. 4. & seqq.* & *sect. 3. §. 8. & 20.* (2.) propositam speciem pacti de non alienando rem afficere probavimus: (a) quia est pactum reservativum rei sua alienationi adjectum, quod ad effectum juris realis traditione non indiget. *d. sect. 2. §. 6. & 7.* & *h. sect. §. præc.* (b) per LL. *b. sect. §. 6. ad 16.* explicatas. Denique (c) Colophonem huic controversia addimus *l. 5. C.* *se mancip. ita fuer. alien.* ubi pactum de non manumittendo servo, in venditione ejus adjectum, impedit libertatem; expressâ hac ratione: *quia conditio, qua persona servi NB. cohæsit, immutari factio ejus qui ea lege comparavit, non potest.* *add. l. 9. ff. de serv. export. verb. nec poteris emter aliquo modo auferre legem sui vendoris.* Atqui, si ejusmodi, pactum seu lex rei venditæ cohæret, nec aliquo modo auferri potest, *rem utique afficit add. supr. b. sect. §. 9 in fin.* Hoc nec Bachovius dissimulare potest; sed ad evitandas h. LL. cum Raguello, Deckero & aliis, commentitiam quandam specialitatis rationem tantæ luci obtendit; quam refutatam vid ap. Sand, *tr. de prob. alien. part. 4. c. 2. n. 21.* & quem alleg. Ant. Fabr. *decad. 87. error. 6.* quæ huc transcribere non attinet. Adeo autem verum est, quod pacti de non alienando non minor sit virtus ad rem afficendam, quam ejus de non manumittendo; ut etiam propter solum pactum de non alienando servo manumissio ejus non procedat; licet de non manumittendo pactum expresse non sit, *l. f. Cod. de reb. alien. non alien.*

## ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ.

**E**t sic quidem pactum hoc de non alienando *rem afficere probatum*: ut vero materiam hac sententiarum diversitate perplexam, & complurium restrictionum ampliationumque varietate tantopere impeditam, uno conspectu distinctius exhibeamus, ea quæ h. sc̄t. disputata sunt in hanc summam colligimus.

Pactum seu lex de non alienando, rei suæ, sive in traditione ejus dicta, sive in contractu dominii translativo adjecta, etiam sola, absque accedente alia fortiori cautione, *rem afficit*, & contrariam alienationem, vel quod instar ejus est, excludit, omnemque dominii translationem vel juris realis constitutionem *impedit*, & remedia juris *realia*, quibus alienatio & simil. *nulla declarari & res restituiri* petatur, tribuit: Cum reali autem hac actione *personalis* elective semper concurrit; nisi de omnibus his, vel aliquo horum, aliud inter pacientes actum esse, ex circumstantiis vel tenore pactionis appareat.

Constitueram equidem nonnihil de *Pactu reservati dominii*, *L. commissoriae, additionis in diem, venditionis ad tempus, reservatio*ni usq. vel aliis servitutis, vel alimentorum, item de Fideicommissione, conventionib. & sim. pactis rem sufficientib. hic addere: & Sectionem V. de Pactis pignor. tam obligatorib. quam liberatorib. subiectere, ibique materiam pugnorationum, tam inter privatos quam principes receptorum, paucis tangeri, animus erat. Verum, quoniam praesentia haec priet. opinionem sub prælo excrereunt, hic subsistere, quam Dissertationis Academicæ modum nimis excedere, fatus duco: omnia tamen, que quidem notare mihi configit, *pacta rem sufficientia*, ex principio hic expoltis cognosci definitiique posse confido. Ceterum, scib⁹ minus congrue dixerim, materia severitatem obtendo, & Benevolum Lectorem mihi promitto. Tibi vero Immortali ac Beaignissimo Numini, cuius indulgentissimā gratiā & Academicā studia & hos labores perducere hic potui,**

**TIBI SIT LAUS HONOR ET GLORIA IN SECULA.**

( o )

R Eddidit altus equis nunc aurea tempora Phoebus,  
Et radiis tacita vellera rupit aquæ.  
Arvaque, quæ gravida terræ celantur in alvo,  
Produnt, & latum dat Dea lata diem.  
Spicea ferta Ceres gestabit, cuncta triumphant,  
Aërea & cantu gaudia turba probat.  
Hæc tu, RAESFELDI, comitaris tempora lata,  
Quod latuit clausum mente, recludis opus.  
Quas tu divitias portasti pectori dives,  
Nunc offers plena, dulcis amice, manu.  
Quæque tibi fuerant imis infixa medullis,  
Omnibus hac doctis jam patefacta jacent.  
Quid, cùi tanta novem donarunt semina Musæ,  
Mirum, si fructum sentiat ipse siuum?  
Ergo tu merito studiorum munera portas,  
Quæ tibi, RAESFELDI, porrigit alma Themis.  
Serta manus dulces tibi nectunt, Flora coronas  
Temporibus doctis aptat amata tuis.  
Jure caput doctam juris decoratur honore,  
Hæc de Pieridum præmia monte cadunt.  
Felix, RAESFELDI, dant dulcia munera Musæ,  
Munera, quæ sera posteritate vigent.  
Orbis & hos doctus semper memorabit honores,  
Tempore certabunt Phœbus honorque tuus.  
Sidera laudabunt & matutina pruina  
Ingenii summi, sole rubcente, dotes.  
Dedit Marburgum primos, adjunget honores  
Brema, ubi mox necet vincula grata Venus.  
Exulta, Gaude, Tibi maxima dona parata,  
Auguror hæc plenus Numinis, magnus eris.  
Aeternum pro te, RAESFELDI, Numen adoro,  
Et mea pro fatis brachia tendo tuis.  
Gramina quot monti, Lybico quot littori arena:  
Tot tibi sunt magni signa benigna Dei.

Sive

21  
D  
P  
J  
S

¶( )¶

Sive latet Phœbus, seu terris altior extat,  
 Fortuna vides vela secunda tua.  
 Dent tibi longævam superi consumere vitam,  
 Vitam, quæ multis utilis esse queat.  
 Pulchra tuum semper circumstent gaudia pectus,  
 Sintque tibi raris cornua plena bonis.  
 Divinoque tuum caput hoc sit rore repletum.  
 Doctoris magni mente reconde, dores.  
 Fama suis alis te lata per aquora porter,  
 Et capiat laudes terra remota tuas.  
 Ignotus nulli tu sidera vertice tangas,  
 Paetaque sine rutilis insita sideribus.  
 Et flores ipsi campi dulcissima proles,  
 Et quos in doctis crinibus ipse vides.  
 Dicant, quo studio, curâ, quantoque labore,  
 Quâ soleas flores quarere, Amice, manu.  
 Flores, qui nullo marcescent tempore, quos nec  
 Ultima consumet flamma nefanda rogi.  
 Nectarare perfundat tua pectora magnus Apollo,  
 Inque tuum mittat flumina larga sinum.  
 Sic tu fecundus multorum corda rigabis,  
 E venis saliet limpida lympha tuis.  
 Hisce meis sumnum Numen det pondera votis,  
 Detque meis votis munera plura tibi.  
 Vivas, RAESFELDI, Vivas, semperque precantis  
 Signatum memori pectore nomen habe.

J. T. Schild.




Marburg, Diss., 1698-1704

X 237 3079

WNA







Pr. 12. num. 23 o. 2. d. 17. 20

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> JUR<sup>I</sup>DICA INAUGURALIS,  
DE  
**PACTIS IPSAM REM  
AFFICIENTIBUS,**  
UBI  
EXCUTITUR DD. CONTROVERSIIS INCLYTA  
**PACTORUM DE NON ALIE-  
NANDO MATERIA,**  
QUAM  
*AUXILIO TRINONI S<sup>U</sup>N<sup>I</sup> MINIS*  
EX DECRETO ET AUCTORITATE  
*MAGNIFICI ATQUE AMPLISSIMI*  
**JCTORUM ORDINIS**  
IN CELEBERRIMA CATTORUM ACADEMIA  
MARBURGENSI  
PRO  
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS  
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE  
CONSEQUENDIS  
*Publica Excellentissimorum Academiæ Procerum*  
*disquisitioni submittit*  
Ad d. 6. Maii. An. MDCCVI. h. l. q. f.  
**JOHANNES à RAESFELD**  
Bremenius.  
MARBURGI CATTORUM,  
Typis hæred. JOH. JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr.

